

Daniel Gottlob Gerstener

M. Dan. Gottl. Gerstneri, Past. Wichtshvs. Henneb. Sylloge Opvscvlorvm Philologicorvm Atqve Exegeticorvm

Pars Posterior

Norimbergae: In Officina Libraria Caroli Felseckeri, 1777

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698876246>

Band (Druck) Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1698876246/phys_0001

DFG

Kp - 189.

K. 10 - 189.

M. DAN. GOTTL. GERSTENERI
PAST. WICHTSHVS. HENNEB.

SYLLOGE
OPVSCVLORVM
PHILOLOGICORVM

ATQVE

EXEGETICORVM

VNO VOLVGINE COLLECTORVM

PARS POSTERIOR.



NORIMBERGAE 1777.

IN OFFICINA LIBRARIA CAROLI

FELSECKERI.

CONSPECTVS
DISSERTATIONVM
INHAC POSTERIORE PARTE
COMPREHENSARVM.

- I. Periculum Exegeticum in Pfalmum XLIX.
- II. De Paedagogis. p. 32.
- III. De Rectore Scholarum Militarium. p. 60.
- IV. De Romanorum Curia. p. 81.

Ex libris
Ferd. Kämmerer, Jr.



PERICVLVM EXEGETICVM IN
PSALMV M XLIX.



In psalmis Daudicis occurrunt nonnulli, quibus nomen filiorum Korah praeponitur, et in his quidem XLIX. a) Inscriptio b) psalmoreum varia est et his uerbis apposita:

לְמַנְצֵחַ מִשְׁבִּיל לְבָנֵי קֹרַח (Ps. XLII. qui cum sequente XLIII. unus mihi uidetur et cohaerens Ps. XLII. 6. 12. XLIII. 5.) Graeci sic sunt interpretati εις τὸ τέλος εις σύνεσω τοις υἱοις Κορέ. Gallus *Dauid Martin* in bibliis suis gallicis: *Mancil des enfans de Coré donné au maitre chantre.*

A 2

לְמַנְצֵחַ

a) De hoc iam egit *Matth. Hiller* in aenigmate Ps. XLIX. v. 16. Tubingae 1701. 4. pl. 8. cuius libellum inspicere mihi non licuit.

b) Huc quoque conferendi fuissent *Christoph. Sonntagii* ber de titulis psalmoreum et *Guil. Lybouii* cor psalmoreum titulos L. B. 1728. 4.

לְמַנְצָח לְבְנֵי־קָרַח מִשְׁבִּיל שִׁיר (Pf. XLIV. 1.)

Graecus iterum : εἰς τὸ τέλος τοῖς ὑἱοῖς Κορὲ εἰς σύ-
νεσιν Φαλμός.

לְמַנְצָח עַל־שְׁנַיִם לְבְנֵי־קָרַח מִשְׁבִּיל שִׁיר

יְרִידָת (Pf. XLV.) Graecus : εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ
τῶν ἀλλοιωθησομένων τοῖς ὑἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν ὡθῆ
ὑπὲρ τῶ ἀγαπητῶ. Gallus Martin : Mascil des
Enfans de Coré, qui est un cantique nuptial
donné au maître chantre pour le chanter sur
le Sofannim.

לְמַנְצָח בְּנֵי־קָרַח עַל־עֲלֻמוֹת שִׁיר (Pf. XLVI.)

Graeci εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ὑἱῶν Κορὲ ὑπὲρ τῶν
κρυφίων ψάλλμος Gallus noster : Cantique des
Enfans de Coré donné au maître chantre pour
le chanter sur Halamoth. c)

לְמַנְצָח

- e) Io. Godofr. Bidermannus progr. meletemat. philolog.
fasc. III. (a. 1749.) obf. XI. ridet eos, qui, **עַל־עֲלֻמוֹת**
in nomen viri *Hamahalothum* mutarunt. Credit vero cum
Harenbergio esse vel instrumentum quoddam musicum, vel
modum quem canendi, quem melodiam vocant, *Schoett-*
genius vero in progr. I. origin. Russicar. (1729.) §. 4. p. 7.
persuadere vult aliis, psalmos graduum **שִׁיר הַמַּעֲלוֹת**
scil. Pf. CXX. usque CXXXIV. dictos seu ascensionales
et ab Israelitis Babylone Solyma redeuntibus esse aut con-
fectos saltim, aut partim solitos et suctos ad reditum ap-
plicatos. Id quod de nostro psalmo non valebit, ubi *Ma-*
lamoth potius musicum quiddam redolet.

לְמַנְצַח לְבְנֵי-קָרַח מְזִמֹּר (Pf. XLVII.)

εις τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ ψαλμὸς: שִׁיר מְזִמֹּר

לְבְנֵי-קָרַח (Pf. XLVIII.) ψαλμὸς ᾠδῆς τοῖς υἱοῖς

Κορέ δευτέρα σαββάτως. שִׁיר מְזִמֹּר לְבְנֵי-קָרַח מְזִמֹּר

(Pf. XLIX.) εις τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορέ ψαλμὸς

לְמַנְצַח עַל-הַנְּתִיחַ לְבְנֵי-קָרַח מְזִמֹּר (Pf.

LXXXIV.) εις τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν τοῖς υἱοῖς

Κορέ ψαλμὸς. Gallus: pſeume des enfans de

Coré donné au maître chantre pour le chan-

ter ſur Guithith.

לְמַנְצַח לְבְנֵי-קָרַח מְזִמֹּר (Pf. LXXXV.)

εις τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορέ ψαλμὸς לְבְנֵי-קָרַח

שִׁיר מְזִמֹּר τοῖς υἱοῖς Κορέ ψαλμὸς ᾠδῆς.

שִׁיר מְזִמֹּר לְבְנֵי-קָרַח לְמַנְצַח עַל-מַחְלַת

יְהִימָן הָאֶזְרָחִי (Pf. LXXXIIX.)

ᾠδῆ ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορέ εις τὸ τέλος ὑπὲρ μα-

ελεθ τῆ ἀποκριθῆναι συνέσεως Αἰμάν τῷ Ἰσραηλιτῆ.

Gallus: Mascil d'Heman Ezrahite qui est un

cantique de pſeume donné au maître chan-

tre d'entre les enfans de Coré pour le chan-

ter ſur Mahalath - le hannoth. Sed fatis uerbo-

rum de titulis his pſalmis appositis.

Vox מנ cum praefixo ל indicat uincen-

tem alios ante sua et aliis praefectum et praeposi-

tum: adeant, qui volent, Lexicographos. In-

quirendum hic etiam foret, an ל illud traditio-

nem Dauidicam solam, aut inspirationem auris divinam immediatam huic etiam praefecto musicos factam indicet. Voces **למנ בני קרה** ego explicarem praefecto musicae, et quidem filiorum Korah siquidem ל praeter consuetam notam dativi etiam genitivi docent auctores ab Cl. V. Alberti in porta lingu. S. p. 569. allegati. Quisnam vero est ille magister filiorum Korah? David ipse nobis illum ostendit Pf. LXXXVIII. Canticum psalmi (Psalm. Lied שיר מומר) filiorum Korah, praefecto, super מחלה, instrumento procul dubio musico (sic etiam ab alio instrumento addito uocatur Pf. LXXXIV. praefecto super גתה filiorum Korah) ad eanendum et respondendum מטכיל et quidem Hemanus Esrahitae. Is ipse est, cui, cuiusque quatuordecim filiis, quos scriptor sacer enarrat 1. Chron. XXVI. 4. praecipua cura ordinis sui et psalmodiarum in templo canendorum erat imposita. Eligebat enim David consilio et suasu purpuratorum ex filiis Leuitarum ad munia praecipua et curam ordinandorum Assaphum, Hemanum, et Iedithunum prophetas, psalterio et fidibus et cornibus et tibiis egregie canentes 1. Chron. XXVI. 1. Hemanus vero sigillatim laudatur a peritia cornua et tibias inslandi. 1. Chron. XXVI. 5. Nec David gentes Leuiticae stirpis neglexit, sed unamquamque eximio capite distinxit, siquidem Aaronis posterum, eorumque familia, sacerdotium, illudque summum obtinuerant, ita ut posterum Ka-

hathi

hathi duplici forte Leuitarum et sacerdotum gauderent. Levi ipse, filius Iacobi patriarchae, tres genuerat filios 1) *Gersonem* patrem *Simeï*, progenitorem *Affaphi*. 1. Chron. VII. 39. 2) *Kabathum* parentem *) *Amrami*, auum *Mojis* et *Aharonis*, cui fors et uoluntas diuina sacerdotium dederat, et β) *Iezehari*, auum *Korahi* famosissimi. Filii uero *Korahi*, in tumultu patris rebellis non erant a partibus mali parentis, sed stabant potius a *Mosis* et *Aharonis* partibus, hinc filius eius *Affir* inter maiores *Hemani* *Efracitae* fuit. 1. Chron. VII. 33. sq. XXVI. 4. et filius tertio genitus *Abiasaph* mediantibus pronepotibus genuerat *Sallumum*, alium tempore *Dauidis* praefectum *Leuitarum*. 1. Chron. X. 19. γ) *Merari* patrem *Musi*, auum *Mabeli*, ex cuius posteris erat *Ethan* supra laudatus. 1. Chron. VII. 44. Hic consulendus erit *Kempius* de sacris music. praefectis apud *Ebraeos*. Dr. 1737. et *Lundius* de *Musica* *Ebraeorum* antiqua 1707. Clarior erit res ipsa, si tabulam genealogicam ♂ hic adiectam inspicias, et capita familiarum, inque his praecipue *Hemanum* principem *Korahitarum*, et egregium rei musicae praefectum. Caeterum iure meritoque credimus hinc *Hemanum* auctorem esse psal. ni, cum inscriptionem in fronte habeat, praefecto (למנצח uictori i. e. praestantiori) filiorum *Korab* carmen scil. diuinitus inspiratum. Quod si enim uerba מִזְמֹר לְדָוִד explicanda sunt carmen *Dauidi* inspiratum, cur non hic psal-

mus praefecto musices Hemano tamquam auctori esset adscribendus? Aliud habemus argumentum, cur stylum et carmen Hemani putemus. Dum enim scriptor *Θεοπνευστος* narrat 1. Chron. XXVI. 1. principes Levitarum et praefectos templi Assaphum, Hemanum, Iedithunum, hos **נְבִיאִים** prophetas expresse vocat, in musica omnes alios anteeuntes. Et v. 2. loquitur de filiis Assaphi, qui sub auctoritate regis uaticinabantur seu carmina sacra conficiebant. (**הַנְּבִיאִים עַל-יְדֵי מִוֶּזֶן**). Eadem affirmantur de filiis Iedithuni, uaticinantibus hymnisque gratias agendo et laudando sacris. (**הַנְּבִיאִים**) **עַל-הַזִּמְרָה וְהַלֵּל לַיהוָה** Et Heman ipse v. 5. appellatur singulari ratione **חֹזֵה הַמַּלְכִּי** uidens (*der Schauer, der Seher* propheta futura prouidens, 1. Sam. IX. 7. 9.) regis in uerbis Dei trinuni. Plura, ni fallor, de Hemano collegit *Hiller* in suo onomastico p. 179. Paucis, Heman, propheta, Efrahita, filius Ioejis ex familia Korahitarum, eorumque princeps et caput, atque in musica artifex summus, hinc praefectus templi et Levitarum ministrantium, psalmi auctor *Θεοπνευστος* est habendus.

Argumentum psalmi eiusdem fere indolis est, ac Psalmi XXXVII. et LXXIII. ubi felicitas apparens impiorum graphice et luculenter depin-

depingitur. Si *tempus*, et *occasionem* d) conficiendi hymnum nossemus, aut ex singularibus circumstantiis intelligeremus obiectum speciale, non difficilis foret Explanatio psalmi toties uexati. Licet uero haec ignoremus, nemo tamen negabit, semper intra et extra ecclesiae uisibilis communionem fuisse atheos atque empaectas, qui felices sese habuerunt et ab aliis sunt habiti.

Alloquitur poeta diuinus v. 2. et 3. per ergastiam in sacris litteris frequentissimam et distributionem auditores omnis generis ita, ut interpretes nullis circumdatus sit difficultatibus. Indicat v. 4. et 5. se locuturum, cantaturum, et carmen sanctum compositurum. Versu deinde 6. thesin proponit: *se nullo timore* angi in calamitatibus a Deo permissis et ab iniuriis ab inimicis prementibus et undique insidias parantibus et circumdantibus sibi illatis. Sequenti v. 7. docet, eos in numero ditiorum omnique rerum copia affluentium esse, adeoque opibus illis maioribus innitentium. Huius furfuris homines alios prae se contemnunt, in alios sunt iniurii, uerbisque durioribus lacerant atque sese tollendo alios calcare pedibusque subiicere student. Demonstrat ergo v. 8. et 9. rationem causam-

A 5 que,

d) Facta et gesta Dauidica optimum interpretem esse multorum psalmorum, agnouerunt Tob. Schmidt in *der Geschichte der Psalmen Davids*. Altenburg 1713, 8. Mich. Phil. *Beuther Einleitung — — samt der Auslegung der Historie Davids*, Brück, 1603. 4.

que, cur lubrico fundamento salus ipsorum omnino nitatur. Digitum intendit 1) in mortem utique certissimam et nonnunquam cruentam, et sanguine madidam, nec non 2) in iudicium potissimum coram tribunali summi numinis de uitae actionibus quibusuis habendum. Verba ipsa hebraea inspiciamus v. 8. אִם לֹא-פָדָה יִפְרָה אִשׁ וְלֹא יִתֵּן לְאֱלֹהִים כֶּפֶרוֹ וַיִּקַּר פְּדִיוֹן נַפְשׁוֹ וַיְחַדֵּל לְעוֹלָם.

Vulgata reddidit, v. 8. fratrem non redimendo redimet uir (quispiam) nec dabit Deo propitiationem suam v. 9. Et pretiosa erit redemptio animae eorum et desinet, (ut quiescat quis) in Seculum. Versio graeca vero: ἀδελφὸς ἂν λυτρώσεται ἄνθρωπος; ἢ δώσει τῷ Θεῷ ἐξίλασμα ἑαυτοῦ, καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα h. e. frater non redimitur, quisnam redimet? non dabit Deo propitiationem sui ipsius, et pretium redemptionis animae suae, et laborabit in seculum. Castellio purioris dictionis studiosus sic transfert: *Non rediment alius alium, non suae redemptionis pretium Deo (ליאלהי) soluent, tanti est cuiusque animae redemptio, ut quis aeternum duret.* Gallus, facundissimus mystra VI. traiectensium follersque David Martin uerbis gallicis exprimit: *personne n'en pourra aucunement rachetter son frere ni donner a dieu sa rançon car le rachat de leur ame est trop cher et il ne sira jamais.*

Recte

Recte negat auctor carminis sacri redemptionem e) ab homine solo, eoque maculis peccati contaminato faciendam, et non nisi piis et probis, efficaciter et efficienter (ipsi enim reipfa renuunt) paratam. Bene itaque *Mich. Waltherus*, de exegeſi ſacra optime meritus, in *harmonia biblica* p. 511. monet, hic ſermonem eſſe de ſolo homine naturali, eoque inſuper impuro et peccaminoso, non uero de Chriſto fratre ſanctiſſimo, homine Θεανθρώπου in cuius corpore πλήρωμα τῆς Θεότητος habitabat, neque haec de myſterio N. T. uerba eſſe intelligenda, ſed de legis Moſaicae ſtrictiſſimo rigore, nil niſi maledicta et execrationes nobis proponente. Certitudinem uero redemptionis ab fratre ſolo homine non impetrandam firmat doctiſſimum ſaeculi prioris deus atque ornamentum *Salom. Glaſſius* in *philologia ſacra* p. m. 864. in oratione negatiua, (loquitur de uerbo bis immediate poſito) et tum indicatur fortior et uehementior negatio ſiue negatiua particula praeponatur, ſiue uerbo et inſinitiuo interponatur. Vltimum exemplum eſt locus huius pſalmi et quidem v. 8. fratrem לא פָּרַה יִבְרָה non

e) פָּרַה יִבְרָה illud pſalter adhibuit de Ieſu Chriſto Meſſia
 Pl. CXXX. 8. redemptore הוּא יִפְדֶּה אֶת-יִשְׂרָאֵל
 מִכָּל עֲוֹנוֹתָיו ipſe redimet Iſraëlem ex omnibus peccatis
 ſuis.

non redimendo redimet quisquam, h. e. *nullo modo redimere potuerit.* Fratris nomen latius sumtum hominem quemque a deo mediate atque immediate creatum productum atque genitum denotat, omnes enim habemus deum communem patrem, nec ille Θεανθρώπος fratris nomen respicit *Ebr. II. 11.* communem nobis naturam sanguinemque assumens praeter illam labem peccati haereditariam, ad nos per protoplastos peccantes transmissam. Vox פדו varias liberationis species complectitur, *recepit, redemit, separavit, liberauit, accepto pretio liberum fecit emendo sibi, asseruit a discrimine* I. Sam. XIV. 45. *angustia, captiuitate.* Et uerba פדו לא Levit. XXVII. 29. de rebus et pecoribus nummi summo deuotis adhibita *Cocceius* in lexico suo hebr. f. 659. eleganter reddit *non redimetur, (potius) interimetur, quae notio postea usui erit non exiguo.* Graeci usurpant uerbum ἀπολυτρώω, sic *Exod. XXI. 8.* Πῆππ et accepto pretio liberam eam dimittet ἀπολυτρώσει. Differunt tamen ἀπολυτρεν et ἀπολυτρώσαι, ut apud *Homerum* λυειν et λυεσθαι, hoc redimentis, illud pretium a redimente accipientis, sell sie loß lassen fürs Löse Geld, praeeunte *Coccejo* l. c. f. 659. Liberationis aut redemptionis causa, exergasia duce, uocatur et פדיון et כפר: v. 8. enim dicit: איש לא יתן לאלהים כפרו non dabit Deo redemptionem s. lytrum eius:

eius: nunc pergite v. 9. יִקָּר פְּדִיּוֹן נַפְשָׁם
 et pretiosum redemptionis lytrum animarum earum.
 Vocabulum פְּדִיּוֹן lexicographi explicant mul-
 ctam (Geld Straffe) plenam atque iugem, perpetuam ac
 perennem redemptionem, pretium redemptionis, quod
 cum Graecis λυτρον dicimus, cum nostris ICtis
 eine abolition, etiamsi sit aliorum ope praestita.
 Sic Num. III. 49. Moses scriptor diuinus adhi-
 bet de λυτρον s. argento pro primogenitis Deo
 soluendo et audit אֶת-כֶּסֶף פְּדִיּוֹן argentum
 pretii seu redemptionis. Alio loco de mulcta u-
 surpatur ubi כֶּפֶר et פְּדוּת iunguntur. Definit
 Deus poenam heri, cuius cornupetens bos
 damnum alteri inflixerat, et si tunc כֶּפֶר pre-
 tium pretium et fuerat statutum, dabit פְּדִיּוֹן נַפְשׁוֹ
 lytrum animae suae. Iobus simili modo utrumque
 combinauit c. XXXIII. 24. פְּדֵהוּ לִי לִבְרָעָהוּ libera eum, ne
 descendat in foueam, inveni כֶּפֶר pretium seu ly-
 trum. Hinc recte asserimus, כֶּפֶר et פְּדִיּוֹן dici
 de pecuniae solutione loco poenae, aut libera-
 tione ex uinculis in plenam libertatem ab alio fa-
 cta. Talem λυτροσιν αιωνιαν inuenerat Messias
 Θεανθρωπος semper ualituram Ebr. IX. 12, quem
 Iobus (גֹּאֵל) Goelem suum agnouerat, Iob. XIX.
 25. Qui rebus abundant omnibus illis saepe di-
 uitiae suae lytrum (כֶּפֶר) animae suae. Prov.
 XIII.

XIII. 8. non tamen semper; deus enim uetuit, ne accipiant כפר f) lytrum animae homicidae (λύτρα περι ψυχῆς) ne sanguinis uox inulti ad coelum clamando perueniat. Vox כפר uero f. pretium metaphora est a tectorio. Vti enim tectorio *occultatur*, quod in subiecto displicet, aut *litterae*, quibus reatus notatus est, inducuntur et cooperiuntur, ita pretio (λύτρω) reatus tollitur, ne uel ab hominibus curetur, uel in conspectum Dei ueniat. Hoc lytrum Deo aeterno soluendum nemo dare potest, quod etiam Iesaias c. LXIII. 3. affirmat. Lutherus quidem uidetur ὅ Hebraeorum, notam datiui, non animaduertisse, dum scribit: noch Gott iemand versöhnen, quasi Deus in se spectatus hic foret redimens, cum tamen uerborum sensus sit: noch jemand dem erzürnten Gott versöhnet werden. Verba hebraea redimendi actum non Deo, sed homini peccatori, et nunquam deprecatori grato adscribunt, qui deprecatori grato adscribunt, qui dabit lytrum aut dare poterit pro tanta et toties repetita culpa. Nec homo opibus maximis seu iuste seu iniuste partis confisus, et curis terrenis obrutus admittet unquam aut magni faciet media salutis concessa, seque ipsum nonusu atque contemptu excludet omni gratia. Conditio fidei verae et uiuae coram Deo reddit nos aut idoneos aut

f) כפר de sacrificio expiationis explicat Coccejus lex. hebr. f. 389.

aut ineptos, et quisquis ea non est instructus, felicitatis et fauoris Dei redintegrati particeps fieri nequit.

Vitae tamen longaeuae et diuturnae tempus uidetur eludere mortem et iudicium certum, et multi anni habentur pro signo felicitatis non exiguae, ita ut huiusmodi homines de morte uix ac ne uix quidem cogitent. Hanc obiectionem v. 10. proponit, respondet tamen v. 11. illos quoque morituros, et eadem fata omnes hos morari, mortem enim pulsare casus pauperum aequae ac turres regum, nec diuites atque sapientes, doctos et insipidos, liberos esse hac lege. Vota quidem hominum expetunt gentem perpetuo florentem, familiam numerosam, agros, domos, horrea plena, diuitias atque honores perpetuos, auctoritatem atque dignitatem, opum enim abundantia hanc gignere solet. v. 12. Haec omnia tamen uana et caduca esse, nihilque incertius diuitiis, fortuna secunda, dignitate atque honoribus, et duriora fata in locum prosperrimorum haud raro uenire, nec sicca morte ne quidem abire. Duriora multis uidentur uerba psalmi, qui eos *pecudis more* ex mundo abire affirmat, et empaectae, qui sensibus atque uoluptate sola trahuntur, hic sibi aliquid inuenisse, quod ne pueri quidem in faba; sed bene se res habet, modo uerba curatius inspiciamus ipsa v. 13.

וְאֵלֶּיךָ

וְאָדָם בִּיקָר בְּלִיזָן נִמְשָׁל בְּבַהֲמוֹת נְדָמוֹ

Graecus interpres sic transfert: *καὶ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ἄν, ἃ συνῆκε, παρασυμβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὠμωιάθη αὐτοῖς* h. e. et homo in dignitate existens et non intellexit, comparatus est animalibus brutis, et similis factus est illis. *Vulgata* uero inquit, et homo in honore non pernoctabit (permanebit) assimilatus sicut iumenta sunt excisi. Lutherus noster: *Dennoch können sie nicht bleiben in solcher Würde, sondern müssen davon, wie ein Vieh.* Gallus Ultraiectinus supra laudatus: *Et toute fois l'homme ne se maintient point dans ses honneurs, mais il est rendu semblable aux bêtes, brutes qui perissent entierement.* Ein solcher Mensch aber, der in großem Ansehen und Gütern ist, wird nicht in solcher Würde sich erhalten, sondern, wenn ich es in einem Gleichnis sagen soll, wird er wie ein schlecht Vieh hingerichtet und umgebracht werden. *Vltima uerba multis sunt scandalo: si ipsum uero auctorem diuinum recte intelligas, sunt plana, recta atque recreantia animos tristes.* נִמְשָׁל assimilatus est, similis est, (er wird verglichen,) מִשָּׁל radix duplicem admittit ideam 1) dominatus est, iudicauit, dominium exercuit. 2) parabolice locutus est, parabolis, prouerbiis usus est a nomine מִשָּׁל. Ipsum uero nomen מִשָּׁל explicatur, similitudo, exemplum, parabola, prouerbium, sententia grauis et ponderosa, forte grauiterque dicta et paucis concinnata, adeoque ualde tranquillans et recreans.

recreans. (משל enim a שלה tranquillus fuit, sedauit, reliqua deduxit) uideas *Burklinum* in lexico suo critico sacro P. I. p. 381. II. p. 428. Parabolae et sententiae graues similibus inclusae, frequentissimae erant orientis populo et fabulae nucleus putamine suo continebat duriora et acerbiora, sic tamen, ut ille, qui aenigmata talia proponeret, rem, non personam indicare uideretur. Ipse auctor psalmi aenigmata (v. 5.) loqui uoluit. Et cui Iothami parabola de arboribus regem eligentibus non est satis nota? Iudic. IX. 7. fqq. Nathan Dauidis adulterium reprehendens longe aliud loquebatur, etiam ex Dauidis sententia 2. Sam. XII. 1. fqq. Parabolam de debitoribus proponebat ipse Christus pharisaeo αυτοκακριτικω Luc. VII. 40. fq. In prophetarum uoluminibus passim apologi, typi, parabolae et metaphorae occurrunt ex circumstantiis temporis et personarum rite intelligendis. Et maximus doctor Iudaicae gentis Christus Iesus Θεανθρωπος frequentes populo accedenti parabolas aequae ac pharisaeis proposuit in euangeliorum libris obuias. De parabola uero, aenigmate, simili atque metaphora quibusuis semper ualuit regula: *Simile non est extendendum ultra suum tertium*, quam omnes sanae mentis ubique admittunt. Parabolica uero sententia sed grauissima simul est כְּהִמּוֹת נְדָמוֹת Obiectum comparationis est כְּהִמּוֹת. Vox numeri pluralis hic loci non indicat כְּהִמּוֹת illum Iobi XL. 16. celeberrimum, Pars Posterior. B quem

quem alii elephantum, alii cum *Bocharto* hippopotamum Aegypti atque Nili singularem incolam credunt, sed alia animalia bruta et praesertim domestica, esui propria. Vox כהמה lexicographorum et praesertim *Cocceji* (l. c. f. 82.) industriosa fide monstrat, uocem hanc denotare 1) quaeuis animalia quadrupedia bruta collectivae et uniuersae sumpta, deinde 2) animalia domestica quadrupedia, quae cicurari possunt, et simul maiora e. g. equos, mulos, boues, camelos, et minores oues et capras, quae partim mactari aut alias absque misericordia caedi possunt. Versu 15. expresse eos uocat oues, (אצ) morti destinatas, quas tandem mactationi reseruamus et cultro נדמו ככהמות נדמו praedicatum נדמו est 3. pl. praeteriti Niph'al, quod passiuè usurpatur, et quidem a radice דמה ad formam נגלו (גלה) si enim a דמם descenderet, dicendum foret נדמו aut a דום dum foret נדומו. Vox דמה, obseruante *Burklyno* in lexico suo critico, P. I. p. 60. notionem admittit, 1) excidere, succidere, finem facere, ausrotten, gänzlich umbringen, quod loca Ies. XV. 1. Zeph. I. 11. ab *Alberti* in porta L. S. p. 823. adducta probant. Hinc uenit 2) incidere, delineare, graphice pingere, et ex hac 3) assimilare, similem fieri, gleich geachtet werden. Siue igitur dicas: sie werden wie das Schlacht-Vieh endlich getödtet werden, siue: sie werden dem Schlacht-Vieh gleich geachtet werden, per-

perinde erit. Cocceius quidem l. c. f. 82. uoc. **בהמה** admittit notionem similitudinis, et interrogando rem explicauit; *quare reputamur ut bestiae? warum sollen wir für ein Stück unvernünftig Vieh angesehen werden? Ps. XLIX. 13.* stultorum, inquit, cogitatio est, eandem esse conditionem (misere) hominis et bestiae et in uita et in morte, nisi homo gloriam possideat, et nomen ad posteros porrigat. Sed Spiritus S. pulcerrima parodia opponit v. 21. *homo, qui est in preciosa lauta et splendida re, neque prudenter sibi attendit, assimilatus est bestiis, quae excinduntur.* Non quod in conditione similis sit post mortem, sed quod perinde careat ratione et spe. Hinc esse bestiam notat non habere praerogatiuam prae bestia. *Eccl. III. 18.* et ut uideant **שׂוּם כְּהֵמָה הֵמָּה לְהֵם** quod ipsi bestiae ipsi sibi h. e. quod per se ipsos sine Deo scilicet et spiritu eius nihilo beatiore sint bestiis. *Ps. LXXIII. 22.* **כְּהֵמוֹת הָיִיתִי עִמָּךְ** κτήνη ἐγενόμην πρὸς σέ, gessi me ut bestia apud te, ad consilia tua obmutui. Sic Coccejus l. c.

Non sum nescius, uerba Salomonis interrogatiue sumta *Eccl. III. 18.* et 21. sanum et dilucidum sensum nobis praebere: *quis* (scil. sibi relictus uel utinam quis) intelligit (cognoscit, animaduertit, perpendit) *spiritum filiorum hominis*, qui (uel quod) adscendens (adscendit) sursum? Et quis intelligit Spiritum bestiarum, qui (uel quod) descendens (descendat) infra terram? ut sci-

licet discernat a spiritu hominis. Wer sollte denken, (wer bedenket) von dem Geist der Menschen Kinder, daß er aufwärts steige? und vom Geist des Viehes, daß der nur hinunter sincke in die Erde. Vid. *Dachselii biblia accentuata* P. I. p. 948 - 951. Acutissimus Coccejus sibi persuasit, impium hic ipsum de se ipso loqui. Si uero dictionem auctoris sacri intuearis curatius et ideas sese excipientes ordine, animaduertes, nullam hic dari interrogandi rationem, sed uerba esse docentis, enarrantis, et parabolice comparantis. Nostra uero sententia minime contrariatur aliis scriptoribus sacris. Nos asserimus: *malos illos beatos atque felices specie quadam diebus calamitatis et iudicii imminentibus bouum atque ouium instar habendos, qui poenas peccatorum suorum dabunt morte et interitu iustissimo Deo et iudici uniuersorum summo.* Huius generis malos homines graphice depingit Petrus, gentium ille doctor. 2. Ep. II. 1. sq. comparat uero v. 11. diabolis a Deo punitis et tunc etiam ratione principii agendi brutis interimendis. v. 12. ἔτοι θεὸς ὡς ἄλογα ζῷα φυσικὰ γεγεννημένα εἰς ἄλωσιν καὶ φθορὰν, ἐν οἷς ἀγνοῦσι βλασφημῶντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται κομιζόμενοι μισθὸν ἀδικίας. Reliqua uerba v. 14 sqq. delineant imaginem horum, qui sibi persuadent, christianos se esse, factis tamen contrarium abunde probant. Et *Iudas συνδελος* eius in epistola sua breuioribus eandem sententiam proponit. v. 10.

ἔτος

ἔσται δε, ὅσα μὲν ἐν οἴδασι, βλασφημίαι; ὅσα δὲ
 φυσικῶς, ὡς τὰ ἄλογα ζῷα ἐπίσανται ἐν τέτοις φθεί-
 ρονται. καὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τῆ καὶν ἐπορεύθησαν
 καὶ τῇ πλάνῃ τῆ βαλααμ μισθῶ ἐξέχυθησαν καὶ
 τῇ ἀντιλογία τῆ κορὴ ἀπώλοντο. En homines ma-
 los brutorum ratione uiuentes peccatisque hor-
 rendis obnoxios et contaminatos fatis tamen iu-
 stis, duris, crudelibus oppressos a Deo et pecu-
 dum quasi loco habitos atque mactatos. *Jeremias*
 grauis Ecclesiae iudaicae doctor diuinitus datus,
 grauiter queritur de felicitate diuturna malor-
 um. c. XII. 1. sqq. Ipsa uerba dabo prophetae,
 interprete Castellione non ineleganti. *Quam-*
quam iustus es, Ioua, si tecum contendam, tamen iure
tecum experiar. Cur ita prospera est impiorum uia?
cur fortunati sunt omnes perfidiosi et a te plantati
radices agunt, proficientesque fructum edunt? quum-
que tu in eorum ore adsis, abes a renibus? Tu
uero, Ioua, qui me nosti et perspicias, animumque
meum exploratum babes; abripe eos, tanquam
oues ad caedem et necis diem destina.
 Quis non easdem cogitationes et ideas in v. 15.
 psalmi nostri uidet? Huiusmodi diem ostendit
 et demonstrat *Iacobus* epistola sua c. V. 5.
 ἐτρεφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐσπαταλήσατε. ἐθρέ-
 ψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. Luxu-
 riastis ac lasciuistis in terris, genio indulgistis tam-
 quam ad lanienae diem, als Schaaf, oder andev
 Bleh, das man mäset und fett machet zu einem künf-
 tigen

tigen Schlacht *Tag*. Talis dies Iani enae futurus est quoque Babylo ni illi magnae, quam descripsit *Ioannes theologus* primarius et princeps apostolorum *Apos. XIX. 17. 18.* καὶ εἶδον ἑνα ἄγγελον ἐσῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ καὶ ἐκραξέει Φωνῇ μεγάλη, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετωμένοις ἐν μεσσηρανῆματι: δεῦτε, καὶ συνάγεσθε εἰς τὸ δεῖπνον τῆ μεγάλης θεῆ, ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν, καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέρων καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων.

Praeterea uidi alium angelum in sole stantem, qui magna uoce clamans, omnes medio coelo uolantes aues sic adlocutus est: adeste et coite ad magni Dei coenam, ut regum, ut tribunorum, ut potentum, ut equorum equitumque, ut omnium tum liberorum, tum seruorum, tum paruorum, tum magnorum carnes comedatis. Nec ipse *Ieremias* calamitatem publicam et sanguinem ciuium aliis uerbis explicat *Thren. II. 21.* *Iacent humi uicatim pueri senesque, meae uirgines atque iuuenes occubere ferro, te irato occidente, mactante nilque parcente.* Eadem minatur fata *Ezechiel* populo Iudaeorum reliquo *c. XXI. 12.* et finitimis gentibus, quas *Nebucadnezar* subegit, atque gladio, fame atque igne coge bat. Is ipse est, quem *Ieremias c. XLVII. 20. sq.* *Aegypti* uictorem et mactatorem uocat: *Vitula formosa Aegyptus est, quam inuadet, inuadet ab aquilone*

lone impressio, adeo ut etiam mercenarii, qui in ea saginatorum uitulorum similes versantur, uersi fugiant simul neque stent: quippe quibus perniciosus supplicii Dies aduenerit. Addas et conferas locum Zephaniae c. I. 7. 8. Quis nescit deuotas et maledictioni diuinae obnoxias gentes e.g. Amalecitas, Philistaeos, et quae aliae supererant in Palaestina, funditus extirpandas, ita, ut ne minimo uiuentium, etiam animali, uita iussu diuino esset relinquenda. Scimus Sauli peccatum et transgressionem de hostibus Domini supplicium non fumentis 1. Sam. XV. 20. En homines pecudum more interrimendos, atque ex mundo abeuntes! Miratur auctor psalmi v. 16. stultitiam hominum, sectatoribus tamen et laudatoribus sensuum affectu abreptis non destitutam et exempla peccatorum punitorum hos homines non mouentia. Docet tamen v. 16. discrimen inter bonos et malos; malos comparat ouibus et capris, pecudibus minoribus, quas mactatarum ouium instar in sepulcro et inferno coaceruatos asserit. Et recte monet Zeltnerus, hic loci חַיִּים non sepulcrum tantum, sed infernum denotare, dum *παρὰ Πάρεσ* Man wird sie in die Hölle, wie die gemästeten Schaafe, legen; der Tod wird sie weiden (andre verzehren) und die S. ommen werden immerdar (Klagl. 3, 20.) über sie herrschen (bergl. Jes. 13, 8. 21. 8. Dan. 3. 16. 1. Sam. 4. 19.) werden wünschen, daß die Hölle (mit ihrer Pein) aufhöhren möge; so wird doch dieselbe eines jeden unter ihnen seine (beständige

und ewige Wohnung seyn und bleiben. Nec sine ratione adhuc obelum v. 20. his adiecit: Diejenigen, welche die letzten Worte von Christo ihrem Fels, der kommen werde, den Tod den letzten Feind, aufzuheben, und zwar aus seiner Wohnung in Himmel, verstehen, werden schwerlich damit auskommen, weil hier nicht von einem tröstlichen sondern einem schrecklichen Ausgang der Gottlosen und ihrer ewigen Verdammniß ohnstreitig die Rede ist. Jedoch könnte das Missebhüllo (אֲשֶׁר יִשְׁמַח) auch geben, die Gerechten werden immerdar über sie herrschen, ob sie gleich wünschen, daß sie nicht in der Wohnung bleiben dürfften. Satis est nobis, malos fore ciues inferni et ante et post mortem, et ignem eorum non extingui nec uermem periturum, (Ies. LXVI. 24. Marc. IX. 14.) Sors tamen bonorum (אֲשֶׁר יִשְׁמַח) re manet uera longe melior, quippe quibus dominatio adscribitur et imperium. Non hic millenarium sic dictum regnum intelligendum, quod tot iam somniantium cohortes (etiam contra articulum XVII. Aug. Conf.) sibi fingunt. Hoc imperium et dominium opponitur inferno s. statui infelicissimo damnatorum, ergo loquitur de statu laetissimo iustorum a Deo beatitudine aeterna ornatorum. אֲשֶׁר, qui coelicas incolit sedes, ita a numine creatus erat, Eccl. VII. 30. seu nouus homo ad similitudinem diuinam iustitia et sanctitate morum factus Eph. IV. 24. Hi ingrediuntur portas sedium coelestium, hi dominantur. Vox uero imperandi (אֲשֶׁר יִשְׁמַח) herrschen)

(ſchen) non raro indicat ſtatum felicitatis uerae
 et diuturnae. Sic Paulus de Corinthiorum fe-
 licitate ſibi ipſis perſuaſa utitur uoce βασιλευιν
 1. Cor. IV. 8. qui hic externa et, ut credimus
 et putamus, ſumma felicitate fruuntur. Immo
 ipſe gentium doctor ille primarius 2. Tim. II. 12.
 de aeterna felicitate loquens eandem uocem
 adhibet εἰ ὑπομένομεν, καὶ ſυμβαſιλεύσομεν, εἰ ἀρνέ-
 μεθα, κακείνος ἀρνήσεται ἡμᾶς i. e. *Caſtellione in-*
terprete, ſi una toleramus, etiam nunc regnabimus,
ſi negamus, ille quoque negabit. Apoſtoliſ id pol-
 licitus erat ſigillatim, quas promiſſiones *Matth.*
XIX. 28. XX. 4. legimus. Et cui latet generalis
 illa promiſſio de feſſione in folio filii. *Apo. III. 21.*
 et *Apocalypſeos* auctor diuinus *c. IV. 4.* oſtendit
 nobis honorem ſuis exhibendum *Pſ. XVI. 3.* dum
XXIV. folia in coelo obuia nos docet, ubi ple-
 ne impleta erunt, quae de regibus ſacerdotibus
1. Petr. II. 9. coll. *Exod. XIX. 6.* leguntur.

Paucis, impii diuites peſſima ſortē, eaque
 aeterna fruuntur, pii uero optima, qualis regum
 eſſe ſolet, non diuturna, ſed perpetua et nun-
 quam ceſſura. Aliud argumentum addit v. 18.
 fiducia et faſtus eorum non perdurabit, ſed
 tranſibit potius atque euaneſcet, *in inferno* ma-
 nebunt, nec datur exeundi poteſtas, quia ibi
 uincula aeterna et nunquam ſoluenda. Anima-
 bus hiſ malis opponit ſe ſe ipſum innocentem
 et iuſtitiae amantem: hiſ, inquam, qui alioſ ue-

B 5

xarunt

xarunt atque innumera mala inflixerunt, adeo-
 que poenam tot peccatis promeritam sustinent.
Me uero v. 16. pergit: Deus redimet (יִפְדֶּה נַפְשִׁי)
atque liberabit ex uinculis et faucibus inferni, quia
me recepit in gratiam et a partibus meis sterit.
 Selah. Habemus certe Deum dominum libera-
 torem a morte et a poena aeterna s. cruciatibus
 finiendis nunquam. *Me uero redimet, codex sa-*
cer quidem habet נַפְשִׁי animam meam, quia uero
שָׂדֵי reciproce loco pronomini saepe in Scri-
 ptura S. ponitur. (v. Glassii philolog. Sacr. p.
 1326. ed. L. 1705.) aequè recte redditur me
 ipsum. Hiskias gemens apud Iesaiam eadem
 utitur dictione c. XXXVIII. 17. *Ecce in pace ama-*
ritudo mihi, amaritudo, et tu amore es complexus
animam meam (נַפְשִׁי) a fouea abolitionis, quia
proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea, inter-
prete uulgata latina. Lutherus uero ad sensum
eleganter transtulit: Siehe um Trost war mir
sehr bange, du aber hast dich meiner Seele herzlich
angenommen, daß sie nicht verdürbe. Vtroque sensu
admittere poteris seu mei psalm s. animam meam,
quia totus homo anima carebit nunquam et
Deus animae salutem, utpote aeternae, et im-
mortalis maxime quaerit. Ipse redemptor no-
ster Θεάνθρωπος, uerus יְהוָה noster, non lytrum
solum soluit, sed et a morte nos liberauit. Ipse,
diuinitatis et trinitatis persona secunda haec nobis
 pro-

promisit. *Hesek. c. XIII. 14.* *Eos ab orci potestate redimam, a morte uindicabo: ero pestis tua, o mors, ero tua lues, o orce.* Simili ratione apud *Iesaiam c. XXV. 8.* loquitur. Has promissiones Paulus in se et omnes fideles trahit. *1. Cor. XV. 55. 56.* exclamans: alta mente et uoce: *κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νίκην, πᾶς σὺ, θάνατε, τὸ κέντρον; πᾶς σὺ, ἄδη, τὸ νίκης; τὸ δὲ κέντρον τῷ θανάτῳ ἢ ἁμαρτίᾳ, ἢ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος.*

Concedit quidem *psaltes Θεόπνευστος v. 17.* felicitatem huius generis hominibus terrenam, sensualem, apparentem, non autem ueram. Scandala fumimus, si actiones omnino rectae aut sub his circumstantiis et rerum conditionibus legitimae, causae sunt aliis, non recte et rite iudicantibus, peccandi. Ipse Deus huic scandalo obnoxius est, quem quidam iniustum, minus sapientem, non satis potentem habent, quia systema uniuersi oculis suis perlustrare, sensibusque capere nequeunt. Quae sunt curiosi: unde bonis tot mala? Cur Deus in maios beneuolentior? Cur opibus et felicitate externa gaudent, imo abundant? Crescunt quotidie, omnia fausta illis eueniunt, forte prosperrima et minime interrupta utuntur. Respondet uero *v. 18:* accepisse eos nonnisi bona huius terrae (*Luc. XVI. 25.*) in alteram uitam non transitura et mortuos nil horum secum sumpturos. Alexander M., Pompeius, Iulius Caesar, Caesar Octavius, quot regna, quan-

quantas prouincias regebant? Nonne aliis sceptrum, corona, purpura, diadema, solium, imperia erant relinquenda? Haec omnia durant in mundo per aliquot tempus, mutantur, intereunt, noua gignuntur, gente una pereunte, altera surgente. Quae quondam parebant Assyriis et Chaldaeis, subsunt deinde Perfarum Medorumque imperio. Et praedia, agros, numos Crassi ad alios transeuntes quis nescit? Vberiora qui cupit, legat uerba auctoris libri sapientiae, quem alii *ecclesiasticum* uocant c. II. III. IV. et praecipue c. V. 8-12. Interim sensuum uoluptate abreptus, et uix adhuc sibi conscius, beatiorem sese reliquis iudicat (v. 19.) iis, quibus angustiior est res domi, licet mente gaudeant recti consciae, atque adeo intrepidae.

Vestigia, quae premunt, exempla, quae sequuntur auide, sunt facta patrum v. 20, eorumque malorum, immo pessimorum, uariis artibus et technis gazas in terris colligentium, non solum in rem praesentem, sed etiam diem futurum iudicii. *Iac. V. 3.*

Malorum coruorum mali filii uoraces rapiunt, uorant, deuorant, deglutiunt et cadaueribus, abominandis alias, uescuntur, aluntur, delectantur. Similes patribus suis eadem patrant, eadem sentiunt, eadem laudant atque uituperant. Hi homines uero indies peiores lucem non uident. Exemplo nobis sit helluo ille diues, quem

quem diuinus Doctor Iesus Christus *Luc. XVI. 1.* graphice et luculenter depingit. Huic omnia affluebant, praeter lucem diuinam, qua se ipsum excludebat. Lux altera, quae ipsi affulserat, erat lux legis, Mosis et prophetarum, qua non minus gaudebat ac quinque fratres superstites. Mosem in synagogis loquentem ad omnes poterat audire, explicata intelligere scripta et per tot discrimina conseruata diuinitus legere atque euoluere. Vbi nulla uox Dei, nullum oraculum, ubi Spiritus S. non doctor, ibi nulla lux, nil nisi tenebrae Aegyptiae et plus quam Cimmeriae. Iesus sol iustitiae illuminans fouens atque foecundans ibi exoriri non potest, ubi nebulae perpetuae atque densissimae adsunt. *Malach. IV. 2.* Vnde itaque uita Christianis digna? unde fides, qua sola nos Deus sibi reddit gratos, uiua? Altera lux inaccessibleis et impenetrabilis, qua Deum trinum, Θεον ἑσσωτον glorificatum, innumeros angelos sanctos et spiritus purissimos, una cum choro et sodalitate fidelium V. et N. T. complectitur. *1. Tim. VI. 16.*

Has fedes gloriosas impuri et sordibus peccatorum contaminati intrare nunquam possunt. Filii tenebrarum earumque aeternarum excludunt sese impietate atque incredulitate sua confortio et communionem filiorum lucis, qui, angelis sociis et comitibus, et duce archangelo illo in creatore I. C. ad fedes lucidas accedunt.

Repetit igitur psaltes graue illud epiphonema et sententiam iustissimam seuerissimamque

אדם ביקר ולא יבין נשמל כבהמות נהמו

Vulgata haec interpretatur: *homo in honore et non intelliget, assimilatus est sicut iumenta sunt excisi (iumentis quae pereunt.)* Ein Mensch, der in zeitlichen Glücks- Umständen und Ehre lebt und sich nicht will erleuchten und verständig machen lassen, wird, daß ich in Gleichnis rede, wie Ochsen und Schaaf- Vieh ohne Barmherzigkeit umgebracht werden. Septuaginta unorum graeca iisdem utitur uerbis, quae adhibuerat supra v. 13. licet hebraea aliquantum sint mutata: loco enim בל-יבין ponit uerba ולא יבין quae ad uerba אדם ביקר annotanda sunt, supra legas, sequentia uero ולא יבין curatius sunt attendenda. Habes hic primam singularem futuri in Hiphil a radice בן, aut בן intelligere. Coniugatio uero Hiphil talem denotat actionem, qua quis alium aliquid agere uel efficit, uel permittit, uel occasionem dat, uel iubet uel declarat, obseruante Schikardo instit. L. hebr. §. 47. III. 3. p. m. 56. Idem Schikardus l. c. §. 47. V. 2. p. 58. annotat, futurum in sententiis generalibus quoque praesentis, imperfecti et plusquamperfecti ideam admittere. Liceat igitur effatum sacrum hac ratione proferre: Ein Mensch, dem Gott zeitl. Glücksumstände und Ehre geben, und dennoch auf keine Art und Weise will unterrichtet und klug gemacht werden, wird, wenn man es Gleichnisweise sagen soll, wie das Vieh, die Schaafse und die Ochsen ohnbarmherziglich umgebracht

bracht werden. Ultima uerba superius iam enucleauimus, ita ut hic non nisi relegenda sint ea, quae ad v. 15. sunt annotata.

En, itaque uanam opinionem eorum, qui auctorem sacrum testem allegant, ac si animae interirent, et malorum praecipue mentes instar pecudum perirent, ita ut nec coelum, nec infernus, nec iustus uindex futurus adesset, qui retribuet unicuique quemadmodum egit uiuus. Ex meditationibus potius psaltis uidemus, dari Deum longanimum et benignitatem suam homines allicientem, dari homines externe apparenter felices et infelices. Hi, felices quos putamus, quia diuitiis et honoribus abundant, quo altius tolluntur, eo grauius ruunt et maiore et illustriore lapsu aliis sunt spectaculo. Hi cum admoniti, allecti et uariis modis uocati quia non audiunt uocantem, docentemque, sed proaereticè pergunt peccando, aliisque exemplis suis sunt scandalo, ut patres praeeant, filii uestigia iniustissima et pessima sequantur et premant; Deus tandem uindex uitiorum tantorum surgit, et pecudum more, qui pecudum more absque Deo, lege, uirtute uixerant, durissimo, sed tamen iustissimo fato atque decreto, praeter spem illorum tollit. Sic diues felicissimus sensu et uoluptate infelicissime in tartara et aeternae poenae loca abit, ubi risus et laetitia eius in gemitus perpetuos, immutabiles et nunquam finiendos et tristitiam sempiternam uertuntur ac transeunt.

II. DE

DE PAEDAGOGIS COMMENTATIO.

De paedagogis a) scripturo necessum omnino erit, quaedam de seruis, et iis quidem doctis, annotare, quantum paginarum ratio et angustia permittit, aut postulat. Duram enim Romanorum seruorum conditionem uiuis depingere coloribus nostri haud est loci. Qui ea desiderat, adeat *Laur. Pignorium*, praestantissimum quon.

a) Paedagogi differunt a *paedagogiis* partim *ingenuorum* partim *principum*: priorum meminit *Suetonius* in uita *Neronis*. c. 28. super *ingenuorum* *paedagogia*, et *nuptarum* *concubinatus* *Vestali uirgini Rubriae* uim intulit. De *principum* *paedagogiis*, quae sub *castrensi comite*, *triclino* seu *mensae* eius seruiebant, uid. *Gutberius* de offic. dom. Aug. L. III. c. 30. p. 844 sq. *Suetonius* in uita *Ner.* c. 30. *Seneca* Epp. 21. nec non *Kouvenen* ad *Petronii* *satyricon* p. 144. *Paedagogia* haec *Neronis* et aliorum ad *luxum* pertinebant, et ad *uitia*, quae *Paulus Rom.* I. 27. taxat, id quod ex *societate* iter *facientium* elucet, de quo *Seneca* ep. 123. p. m. 473: *omnes sic peregrinantur*, ut illos *Numidarum praecurrat equitatus* — — *omnium paedagogia oblita facie uehuntur*, ne sol, ne frigus *teueram cutem* laedat, turpe est, *neminem esse in comitatu puerorum*, cuius *sana facies medicamentum desideret*. — — *non amicam habes*, non *puerum*, qui *amicae moueat inuidiam*,

quondam Patauinae academiae doctorem, uirum elegantissimum in libro *de seruis* A. V. prelo subiectum.

Placet itaque nonnulla de seruis doctis commentari; eosque accuratioris ordinis gratia in classes quasi et cohortes dispefci. Hos commode diuidas in *librarios*, b) *anagnostas* seu *lectores*, *praefectos bibliothecarum*, *Grammaticos*, *rhetores*, et *philosophos*, quorum tres ultimi plerumque manumissi erant. Audiamus *Cornelium Nepotem*, scriptorem praestantissimum in uita Attici c. 13. *Usus est familia, si utilitate iudicandum est, optima: si forma, uix mediocri. Namque in ea erant pueri literatissimi, ANAGNOSTAE optimi et plurimi LIBRARI, c) ut ne pedisequus quidem quisquam esset, qui non*

C utrum-

b) Librariorum opera non solum utebantur in describendis, corrigendis, ordinandisque libellis et uoluminibus, sed etiam quandoque in litteris heri nomine exarandis. En *Ciceronem* testem in Epp. ad *Attic.* L. VIII. *lippitudinis meae signum tibi sit librarii manus.* Et in iisdem ad *Atticum* epistolis L. VI. *Legi litteras non tuas, sed librarii tui.*

c) Librariorum opera uersabatur uel in describendis, uel in uendendis codicibus. Hinc *Cicero* ad *Tironem* scribit Ep. XVI. 21: *Peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus, multum enim mihi eripitur operae in exscribendis hypomnematis.* *Martialis* Epigr. II. 8.

Non est meus error; nocuit librarius illis,

Dum properat uersus annumerare tibi.

Porro

utrumque horum pulcre facere posset. Euoluamus Plinium iuniorum Epp. L. III. 5. Memini quendam ex amicis, quum LECTOR quaedam perperam pronuntiasset, reuocasse et repeti coegisse, huic auunculum meum (C. Plinium Secundum) dixisse: intellexeras nempe? quum ille annuisset: cur ergo reuocabas? de-
 am amplius uersus hac tua interpellatione perdidimus. Nomina librariorum d) ex Epistolis ad Atticum Ciceronianis studiose collegit Schottus, quae Io. Andr. Bosius in commentario Cornelii Nep. l. c. repe-

Porro Epigr. L. V. 53.

Hic qui libellis prae grauem gerit laeuam.

Notariorum, quem premit chorus leuis.

Euolue, si placet, Reinesii epp. ad Rupertum p. 199. Heumannii Consp. reip. litt. c. 3. §. 10. Sixti Senensis biblioth. L. III. p. 171. Montfauconii palaeogr. L. I. c. 5. et Schoettgenii diff. de librariis et bibliopolis ueterum.

d) Praeter anagnostarum nomina occurrerunt mihi sequentia: ENCOLPIVS LECTOR, ille serua nostra, ille deliciae nostrae, sanguinem reiecit. Vid. Plinius Epp. L. VIII. 1. De his autem, qui mihi serui erint, sic statuo, DEMETRIO redemptionis pretium remitto, et quinque minas do, et pallium, et tunicam, ut qui mihi ANAGNOSTES fuit. Vid. L. Cuspicii testamentum ap. Fabricium monum. antiqu. p. 8. Et: Puer festiuus, ANAGNOSTES noster, SOSITHEVS, decesserat, meque plus, quam serui mors debere uidebatur, commouerat. Huc quoque facit Martialis epigr. VII. u. 13.

Ille leget, bibe tu, nolis licet, ille sonabit.

Et cum iam satis est, dixeris, ille leget.

Conf. Corn. Nepos uit, Attic. c. 13.

repetit. Appellatur quandoque *notarii*, e) a notis seu compendiis scribendi, quas *Tiro*, Ciceronis
C 2 liber-

e) *Ausonius* in Epigramm.

Puer notarum praepetum
Sollers minister aduola;
bipatens pugillar expedi
Cui multa copia fandi
Punctis peracta singulis
ut una uox absoluitur etc.

Prudentius apud Bangium obseru. philol. p. 5.

Praefuerat studiis puerilibus et grege multo
Septus magister litterarum federat.

Verba notis breuibus comprehendere multa peritus
Raptimque punctis dicta praepetibus sequi.

Martialis Epigr. X. 62.

Nec calculator, nec notarius uelox
Maiore quisquam circulo coronetur.

Huic iunge L. XIII. 28.

Currant uerba licet, manus est uelocior illis:

Nondum lingua suum dextra peregit opus
postea uero nobili adolescentiae notarii munus aditus ad
honores, et *tribuni notarii* apud Sidonium Apollinar. Ep. L.
V. 9. sunt principes sic dicit secretarii v. *Ionston*, de fest.
Hebr. p. 293. Notarios etiam Caesarum usque ad arbitrium
rerum euexit, et consiliarios et cancellarios, uti nos loqui
amamus, putauit Thiebet in teutsch. Lex. etym. p. 64. con-
fer. etiam de *primiceriis* et *notariis* Cuiacius Opp. T. III.
p. m. 410. sqq. tit. 7. Notarii uero, quorum hic memini-
mus, erant tachygraphi et *Augustinus* de Doctr. chr. L. II.
c. 26. mentionem eorum facit, solemne enim erat, ut hi ora-
tiones patrum sacras suis exciperent notis. Vid. *Quenstedt*,
antiqu. bibl. c. 2. Sequentibus seculis nomiae *abbreviatorum*
indicabantur. De *ταχυγραφος* et *σημιογραφος* agit
Lipsius cent. 1. ad Belgas ep. 27.

De

libertus primus inuenisse creditur uulgo. Quorum et haec referenda uidentur uerba *Senecae* Ep. 90. *Quid uerborum notas, quibus quamuis citata excipitur oratio et celeritatem linguae manus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt.* De tali notario senioris *Plinii* refert auunculus *Plinius iunior* l. c. *In itinere, quasi solutus ceteris curis, huic uni uacabat.* Ad latus *NOTARIVS* cum libro et pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebantur, ut ne coeli quidem asperitas ullum studii tempus eriperet. Hi serui praeficiebantur haud raro bibliothecis. f) Sex testes id probabunt. *Cicero* Epp. ad diu. L. XIII. 77. inquit: *DIONYSIVS* seruus meus, g) *qui meam bibliothecam multorum numerorum*

De *Notariis ecclesiae primitiuae* et eorum officiis adeat, qui uult, doctissimas magni illius *Io. Andreae Schmidii* dissertationes tres *Helmstadii* habitas.

f) Hoc etiam luculentius probabit *Pignorius de seruis* p. 108 sqq. conf. et *Morhof. Polyhistor.* T. I. L. I. c. 6. §. 7. et marmor apud *Gutherium* de offic. dom. aug. p. m. 540.

Ti. Claudius. Alcibiades.

Mag. a. bibliotheca. latina.

Apollinis,

idem. scriba. ab. epistolis. lat.

Occurrunt etiam *Antiochus* et *Phronimus*, uterque a bibliothecis. *Rappolt.* ad *Horat.* p. 520. 521.

g) Idem dubio procul est, cuius *Ep. ad Attic.* VII 7. meminit: *Dionysium* flagrantem desiderio tui, nisi ad te, nec mehercule aequo animo; sed fuit concedendum. *Quem* quidem cognoui, cum doctum, quod mihi iam ante erat notum, tum sancti plenum officii, studiosum etiam meae laudis,

rum tractauit, cum multos libros surripuisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. Idem ille in Epp. ad Att. IV. 4. Offendes designationem TYRANNIONIS mirificam librorum meorum, quorum reliquiae multo meliores sunt, quam putabam. Etiam uelim, mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus TYRANNIO utatur glutinatoribus, ad cetera administris. rel. Et l. c. ep. 8. Post ea uero quam TYRANNIO n̄bi libros disposuit, mens addita uidetur meis aedibus, qua quidem in re mirifica opera DIONYSII et MENOPHILI tui fuit. De Iulio Caesare narrat Suetonius in uit. c. 56. Omnes libellos (I. C.) uetuit Augustus publicari in epistola, quam breuem admodum ac simplicem ad POMPEIUM MACRUM, cui ordinandas bibliothecas delegauerat, misit. Et in libello de illustribus Grammaticis c. 21. refert, Caium Melissum Spoletanum, Maecenatis libertum, bibliothecae praefuisse. Ita enim inquit: Cito manumissus, Augusto etiam insinuat^{us} est, quo delegante curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit. Eodem in libello c. 20. de Caio Iulio Higino Hispano, Augusti liberto, scribit: Praefuit Palatinae bibliothecae. Vidimus huc usque seruos nostros sub iugi onere gementes; nunc manumissos et libertati naturali restitutos consideraremus. Scholas aperiebant, Grammaticam, quae uox olim πολυσορῆας notionem habebat, atque

C 3

Rhetor-

laudis, frugi hominem, ac, ne libertinum laudare uidear, plane bonum uirum. Et alio loco ad Attic. IV. 13: Dionysium saluere iube.

Rheticam alios docebant. Grammaticos olim seruiantes complures *Suetonius* recenset in libro aliquoties laudato *de ill. Grammaticis*, e. g. *Lutatium Daphnidem* c. 3, *Saeuium Nicanorem*. c. 5, *Cornelium Epicadium* c. 12, *Laberium*. c. 13. *Leuinaem*. c. 15, *Q. Caecilium*. c. 16., *Verrium Flaccum*. c. 17, *Scribonium*. c. 19. *Iulium Modestum* c. 20. Rheticam uero singularem Grammatices partem sibi sumserunt *Otacilius Pilius*. *Suet. de Rhet.* c. 3. et *M. Antonius Gnipho*. *Suet. de Gramm.* c. 7. Poesin coluerunt *Terentius*, idemque *Staius Caecilius* poeta comicus, et *Ennii* contubernalis, *Staius* dictus, quod seruus fuerit. v. *Ionstoni* polyhistor *P. I.* p. 360. Philosophiam paucissimi amplectebantur, praeter *Aesopum*, et *Epictetum*, cuius libri, uel potius dogmata hodiernum leguntur, philosophus audit *Aurelius Opilio*, *Epicurei* cuiusdam libertus. *Suet. de ill. Gramm.* c. 6. *Phaedo Elidensis*, *Menippus*, *Pompilius*, *Persens*, *Mus*, *Dio- genes Cynicus*. vid. *Gellii N. A. L.* II. c. 18. *Macro- bii conuiu saturn.* L. I. c. 11. in hunc censum et *Phaedrum* referre poteris.

Probauimus, familias Romanorum raro doctis caruisse, ex quibus paedagogos, qui nonnunquam et magistri dicuntur, sumere solebant, qui morum ualetudinisque curatores erant. Sic enim *Varro* h) apud *Phil. Pareum* in *Lex. critico*

p. m.

h) *Lucianus* de gymnasiis *T. I. Opp.* p. 744. edit. *Basil.* inquit:
 τὴν μὲν πρώτην ἀνατροπὴν αὐτῶν μήτρασιν καὶ τιτθῆσιν καὶ
 παιδα-

p. m. 876 b : *Educit obstetrix, educat nutrix, instituit* (instituere uero idem esse ac mores puerorum formare, liquet ex *Ausonii Popmae* libro multae lectionis de *differ. uerbor.* L. III. p. 259. edit. Heckel.) *paedagogus, docet magister.* Hinc etiam *Plutarchus* de educ. pueror. c. 15. §. 4. παιδαγωγὸν ἀ ἀδασκαλῶ discernit. Quod autem paedagogi fuerint constituti, ex innumeris pene antiquiorum scriptorum testimoniis liquet. Nonnulla tamen adducenda erunt. Sic enim *Lydus* ad *Pistoclerum* apud *Plautum Bacchid.* l. 3. v. 24. 34. 40.

*Iam perdidisti Te atque me, atque operam meam,
Qui tibi nequicquam saepe monstraui bene,*

PIST. *Ibidem ego meam operam perdididi, ubi tu tuam,
Tua disciplina mihi nec prodest, nec Tibi.*

C 4

LYD.

παιδαγωγῶσι ἐπιτρέπομεν ὑπο παιδείας ἐλευθερίας ἄγειν τε καὶ τρέφειν αὐτῶς. h. e. primam illorum educationem matribus, nutricibus et paedagogis formandam permittimus, ut disciplinis liberalibus eos imbuant atque educant. *Plato* in *Protagora* p. 227. edit. *Fraacof.* ait: ἐπειδὴν δ᾿ αὐτῶν συνίη πᾶ τὰ λεγόμενα καὶ τρέφος καὶ μήτηρ καὶ παιδαγωγός, καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ περὶ τύτῃ διαμάχοντα ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσαι ἂ παῖς. Simulas puer intelligit ea, quae dicuntur, nutrix et mater et paedagogus et ipse pater ad hoc omni cura contendunt, ut quam optimus puer reddatur. *Seneca* eorum uota et curam coniugit *Epp.* 60. *Etiannum optas, quod tibi optauit nutrix, aut paedagogus, aut mater? nondum intelligis, quantum mali optauerint.*

LYD. O! praeligatum pectus! PIST. odiosus mihi es.
Tace, atque sequere, Lyde, me. LYD. Illuc sis uide;
Non paedagogum iam me, sed Lydum uocat.

PIST. Non par uidetur, neque sit consentaneum,
Cum herus hic intus sit, et cum amica sua accubet,
Cumque osculetur, et conuiuiae alii accubent,
Praesentibus iis paedagogus ut fiet.

PIST. Iam excessit mihi aetas ex magisterio tuo.

Porro Sarsinas in *Epid.* III. 4. v. 50. habet haec:

Seruum nisi, qui sectarier solet meum
Gnatum.

Marinus apud eundem Plautum in *Prol. Mercat.*
90. 91. fatur:

Seruum una mittit, qui olim a puero paruolo,
Mibi paedagogus fuerat, quasi uti mihi foret custos.

Autor ad *Herennium* L. IV. p. m. (ed. Gen. 1596.)
50. Conturbatus est adolescens, nec mirum, cui etiam
nunc paedagogi (sc. corrigentis et emendantis) lites
ad auriculas uersarentur, imperito eiusmodi conuicio-
rum. Haec ille. Adde Ciceronem de *Amic.* c. 20.
Isto enim modo nutrices et paedagogi iure uetustatis
plurimum beneuolentiae postulabunt: qui negligendi
quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. Ad-
iungas et *Aelianum*, L. III. H. V. c. 21. narrantem:
Ἐπαινεῖ τότε διδασκαλεῖς πᾶσις ἐτι ἂν Θεμισοκλεῖς
εἶτα προσίοντος Πεισιραῆτις, ὁ παιδαγωγὸς ἔφη τῷ
Θεμισοκλεῖ, μικρὸν ἐκχωρήσαι τῆς οἴου προσάγοντος
τῷ τυράννῃ. ὁ δὲ καὶ πάνυ ἐλευθερίως ἀπεκρίνατο.
αὐτῆ

αὐτὴ γὰρ εἶπεν αὐτῷ ἔχ' ἰκανὴ ὁδός; redierat ex
 litterario ludo puer adhuc Themistocles cum prodiret Pi-
 sistratus, paedagogus, inquit ad Themistoclem, paulu-
 lum cedere uia procedente tyranno. Ille uero plane li-
 berius respondit: Nuaquid haec uia ei non sufficit? Idem ille L. XIV. c. 20. refert: Συβαριτης ἀνὴρ
 παιδεγωγός, καὶ γὰρ ἔν μετα τῶν ἄλλων Συβαρι-
 τῶν, καὶ αὐτοὶ ἐτρώφον, τῶ παιδὸς ὃν ἤγε διὰ τῆς
 ἐδῆ ἰσχυροτάτος, καὶ ἀνελομένῃ ἐπέπληξεν
 αὐτῷ ἰσχυρότατα. γελοιότατα δὲ αὐτὸς τὸ ἔυρημα
 παρὰ τῶ παιδὸς ἀρπάσας κατέτραγεν. i. e. SYBA-
 RITA quidam paedagogus (nam et illi cum reliquis Sy-
 baritis luxuriae sunt dediti,) puerum, quem ducebat,
 in uia caricam inuenientem et tollentem, uehementius
 increpabat. Ridicule autem ipse inuentum puero eri-
 piens uorauit. Alterum quoque scenae Romanae
 decus doctissimum Afrum prodire iussimus: hic
 feruum Getam, quem Chremes atque Demi-
 pho custodem filiorum fecerant, loquentem facit
 Phorm. l. 2. v. 21. sq.

*Abeuntes ambo hic tum senes me filiis
 Relinquunt quasi magistrum.*

Suetonius in vit. Aug. c. 44: maritis e plebe pro-
 prios ordines assignauit, praetextatis cuneum
 suum, et proximum paedagogis. Plato de legibus
 L. VII. Et cum primum (puer) a matribus nu-
 tricibusque seiungitur, paedagogis eum, ad pue-
 rilem lasciuam regendam, commendare oportet.

ἔτι δ' αὖ τοῖς διδασκαχοῖ καὶ οἰσὶν καὶ μαθημαχοῖ
 (dein his, qui docent quaecunque tandem et di-
 sciplinas ad liberum.) Et alibi Alcibiad. I. 32.
 ed. Ficin. Geneu. Anno decimo quarto puerum
 suscipiunt hi, quos regio paedagogos appellant.
 v. Cleric. opp. Phil. T. I. philof. theor. L. II. c. 4.
Epictetus denique et paedagogi meminit Sent.
 101. ed. Ultrai. p. 138. Παιδας μὲν ὄντας ἡμᾶς οἱ
 γονεῖς παιδαγωγῶ παρέδοσαν, ἐπιβλέποντι παντα-
 χῶ πρὸς τὸ μὴ βλάπτεισθαι. i) Parentes nos pue-
 ros

i) βλαπτεισθαι usurpatur de amore cinædorum impuro et
 παιδοπορνεῖα, quod ex *Petronio*, edente *Wouveren* p. 22.
 liquet, cuius uerba potius sunt legenda, quam sollicite
 transcribenda. Huc quoque facit *Martialis* epigr. I. 74.

— — sed nunc positis custodibus ingens
 Turba futurorum est. — — —

Porro *Martialis* epigr. L. VIII. 44. et L. III. 58.

Et paedagogo non iubente lasciui.

nec minus epigr. L. XII. 49. v. 1. 7 — 13.

Crinite, *Line*, paedagoge, turba,
 Succurras misero precor furori
 Et serues aliquando negligenter
 Illos, qui male cor meum perurunt;
 Quos et noctibus et diebus opto
 In nostro cupidus sinu uidere,
 Formosos, niueos, pares, gemellos
 Grandes non pueros, sed uniones.

Huc pertinent etiam uersus *Iuuenalis* Satyr. X. v. 293—300.
 adde *Martiale* iterum epigr. L. X. 62.

Occurret

ros paedagogo tradiderant ubique obseruanti, ne quid
laederemur. Et solemne illud Horatii de A. P.
v. 161 sq.

Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet equis canibusque et aprici gramine
campi,

Cereus in uitium flecti, monitoribus asper,

Vtilium tardus prouisor, prodigus aeris,

Sublimis, cupidusque et amata relinquere
pernix.

Imo Semideis paedagogos adscripserunt suis,
et quidem Baccho feu Dionysio *Silenum*, eodem
Horatio teste de A. P. v. 239.

An custos famulusque Dei Silenus alumni,
Quae explicantur a *Iuliano* in *Caesaribus* p. 3.
παντων εν των θεων κυκλω καθημεριων ο Σειληνος,
ερωτικως εχειν δοκων μοι τε Διονυτα καλη και νεα
και τω πατρι τω Διι παραωλησις, ωλησιον αυτη
τροφευς

Occurret aliquis inter ista draucus et

Iam paedagogo liberatus, et cuius
resibulauit turgidum faber penem,

Quod tamen ipsum et quandoque ab ipsis paedagogis fa-
ctum, ut colligimus ex testimonio *Siracidis* c. XX. 4. quod
tamen a graeco aliquantum differt: επιδυμια ευνεχη απο-
παρδενωσαι νιανιδα, ετως ο ποιων εν βιω κριματα,
quae uerba Lutherus ita ad sensum transtulit: Wer Gewalt
übet, der ist eben als ein Hoffmeister, der eine Jungfrau
schändet, die er bewahren soll. Hos custodes nonnunquam
abductos fuisse, atque abduci fuisse se probat ill. I. G. Hei-
neccius antiqu. rom. ad Inst. L, IV. tit. 4. p. m. 195.

τροφεὺς τις διὰ καὶ παιδαγωγὸς κ. τ. λ. Qualis
 uero sit eligendus, *Quintilianus Instit. Orat. L. I. c. 1.*
 docet: De paedagogis haec amplius, ut aut sint eru-
 diti plane, quam primam esse curam uelim, aut se non
 esse eruditos sciant. Nihil enim peius est iis, qui pau-
 lum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi
 scientiae persuasionem induerunt. Nam et cedere prae-
 cipiendi peritis indignantur, et uelut iure quodam po-
 testatis, quo fere hoc hominum genus intumescit, im-
 periosi atque interim saevientes stultitiam suam perdo-
 cent. Nec minus error eorum nocet moribus. — Si
 tamen non continget, quales maxume uelim habere nu-
 trices, pueris paedagogus, at unus certe sit assiduus,
 dicendi non imperitus. Adde, si lubet, decus flo-
 rentis Romae, *M. T. Ciceronem in Bruto, f. De cl.*
Orat. c. 58. Magni interest, quos quisque audiat quo-
 tidie domi, quibuscum loquatur a puero: quemadmo-
 dum patres, paedagogi, matres etiam loquantur. Au-
 dias quaeso et *Senecam de ira L. II. c. 22.* Pertin-
 ebit ad rem praeceptores paedagogosque pueris placi-
 dos dari. Proximis applicatur omne quod tenerum est,
 et in eorum similitudinem crescit. Nutricum et paed-
 gogorum retulere mox in adolescentiam mores. Auctor
 dialogi (*Tacito aut Quintiliano adscripti*) de ora-
 toribus c. 29. At nunc natus infans delegatur
 graeculae alicui ancillae aut adiungitur unus aut alter
 ex omnibus seruis uilissimis, nec cuiquam serio ministe-
 rio accommodatus. Horum fabulis et erroribus teneri
 statim et rudes animi imbuuntur, Et *Plutarchus de*
 educa-

educatione puerorum c. 7. §. 1. similia docet :
 ἐπειδὴν τίνων ἡλικίαν λάβωσιν ὑπὸ παιδαγωγῶν
 τετάχθαι, ἐνταῦθα δὲ πολλὴν ἐπιμέλειαν ἐκτεῶν
 ἐστὶ τοῖς τέτων καταστάσεως, ὡς μὴ λάθωσι ἀνδραπό-
 δοῖς ἢ βαρβάραις ἢ παλεμβόλοις τὰ τέκνα παρα-
 δόντες. et l. c. §. 2. pergit : ὅτι δ' ἂν ἔυρωσιν ἀν-
 δραπόδον, οἰνόληπτον καὶ λίχνον πρὸς πᾶσαν πραγμα-
 τεῖαν ἀχρησον, τέτῳ φερόντες ὑποβάλλωσι τὸς υἱὲς.
 Eadem obseruamus in *Schoro* de ratione disc. doc-
 lingu. lat. p. 14. Quod cum ueteres illi Graeci et
 Romani spectarent, non quosuis ad liberos eru-
 diendos paedagogos aut nutrices adhibebant,
 sed eos tantum, quorum cum sermo purus et
 incorruptus, tum humanitate, et nulla in re ru-
 dis erat, in quo uolebant eos tanquam in gre-
 mio matris educari, ut et humanitate et sermo-
 nis suauitate, quae hominis sunt maxima orna-
 menta, a pueris inficerentur. Nisi igitur omnia
 circumspecte fiant, facili negotio tener animus
 perditur. Quam accurate atque bene *Plautus*
 seruos eorumque mores depingit *Perf.* III. 3.
 v. 13. sq.

Vir summe popli, stabulum seruitricium,

Scortorum liberator, subiculum flagri,

Compedium tritor, pistrinorum ciuitas

Perenni - serue, lurco, edax, furax, fugax.

**Praecipue uero furtum crimini fere semper du-
 cebant. Huc pertinent illa *Virgilii* *Ecl.* III.
 u. 16.**

Quid

Quid domini facient, audent dum talia fures.
 i. e. ferui, furta enim, inquit Seruius, specialiter ser-
 uorum sunt. Sic Plautus de seruo in aulul. II.
 4. v. 81.

— — tu homo trium litterarum. i. e. fur.

Ita Terentius Eun. IV. 7. v. 6.

— — Vbi centurio est sanga et manipulus furum.
 Hinc factum, ut haud raro filios fidei commis-
 sos suae ipsi corrueriat, aut corrupendos
 permiserint. Hac de re Grumio seruus collegae
 Tranioni apud Comicum Mostell. l. 1. v. 20. sq. -- 32.
 obiicit :

*Corrumpe herilem filium, adulescentem optimum
 Dies noctesque bibite, pergraecamini,
 Amicas emite, liberate, pascite,
 Parasitos obsonate pollucibiliter.*

Haecine mandauit Tibi cum peregre hinc it senex?

Hocine modo hic rem curatam offendet suam?

Hocine boni esse officium serui existimas?

Vt heri sui corrumpat et rem et filium;

Nam illum ego corruptum duco, cum his factis studet,

Quo nemo adaeque iuuentute ex omni Attica

Antebac est habitus parcus, nec magis continens,

Is nunc in aliam partem palmam possidet,

Virtute id factum tua, et magisterio tuo.

Inde cognosces, cur paedagogi nomen nonnun-
 quam in malam rapiatur partem, ut apud Plautum
 in Pseudolo l. 5. v. 30. sq. Simo ait :

Quis

Quis hic loquitur? meus hic est seruus Pseudolus.

Hic mihi corrupit filium, scelerum caput,

Hic dux, hic ille 'st paedagogus: hunc ego

Cupi excruciari.

Demipho apud Terentium *Phorm.* II. 1. v. 3. ad
Getam filii amores non impredientem inquit:

O Geta

Monitor!

Et paulo post l. c. v. 57. sq.

Bone custos salve, columen uero familiae,

Cui commendavi filium hinc abiens meum.

Non solum uero pueris, sed etiam puellis k) da-
ti sunt paedagogi. l) Sic Plinius iunior *Epp. L. V.*

16. Vbi de Fundani filia scribit: *Vt nutrices, ut pae-
dago-*

k) Imo et concubinis, hinc *Plaut. milit.* II. 1. v 68.

Conseruum meum miles concubinae custodem addidit,
Titium Proculum custodem a filio Messalinae datum. *Tacit.*
Ann. II. c. 35. cf. *Ludov. d'Orleans* ad h. l. item *Heinsium*
ad *Hesiodum* p. 45.

l) Id factum autem est, ut pulchritudinis custodes essent, praetextati enim praetextataeque, non nisi cum comite aut custode in publicum prodire solebant, ut tuti essent aduersus illorum insidias, qui illorum pudori uolebant illudere. Quae de causa lege etiam erat cautum, ne quis custodes abduceret. uide *Heinecc. antiqu. Iur.* L. IV. tit. 4. §. 5. p. m. 195. Harum uero legum necessitatem ostendit *Valerius Maximus* L. VI. c. 1. §. 3. inquit: *Neque alio robore animi praeditus fuit Pontius Aufidianus eques romanus, qui postquam comperit filiae suae uirginitatem a Paedagogo proditam Fannio Saturnino, non contentus sceleratum ser-*

dagogos, ut praeceptores pro suo quemque officio diligebat! Et Cicero in Epp. ad Att. XII. 32. Vehementer, inquit, me sollicitat Atticae nostrae ualetudo, ut uereor etiam, ne qua culpa sit: sed et paedagogi probitas -- me rursus id suspicari uetat. Militantibus m) etiam paedagogum et custodem appositum fuisse ex Plauto intelligimus in Most. I. 2, v. 48. seq.

*Ad legionem cum itant, adminiculum eis danunt
Tum iam aliquem cognatum suum.*

In publicum nunc iam et prodeant nonnulli paedagogi, de quibus hactenus aliqua differimus. Primus erit *Leonidas*, de quo *Quintilianus*
Inst.

*uum affectisse supplicio, etiam ipsam puellam necauit. Et
Ouidius Metam. L. VI. v. 458. sqq.*

— — — sed hanc (Philomelam) innata libido
Exstimulat: pronumque genus regionibus illis
In Venerem est, flagrat uitio gentisque suoque
Impetus est illi comitum corrumpere curam
Nutricisque fidem — — —

Huc etiam pertinebunt, quae *Seneca* Philosophus scribit *Epist.*
libro: *haec fatua subito desit uidere. Incredibilem narro rem,
sed tamen ueram. Nescit esse se coecam; subinde Paedagogum suum rogat, ut migret, ait domum tenebrosam esse.
Hoc quod in illa videmus, omnibus nobis accidere, liqueat tibi.*

m) Quin imo prouinciis regendis destinati *Caesares* iis non caruerunt. *Suetonii* uerba haec illustrabunt uit. Aug. c. 67. *Paedagogum*, ministrosque *Caii* filii per occasionem ualitudinis mortisque eius, superbe auareque in prouincia grassantes, oneratis graui pondere cervicibus, praecipitauit in flumen.

Inst. Or. L. I. c. 1. *Nec minus error eorum nocet moribus: Siquidem Leonidas Alexandri paedagogus, ut a Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum uitii imbuat, qui robustum quoque et iam maximum regem ab illa institutione puerili sunt persecuta. Hunc sequitur diuinus Plato, trium haeresium caput. Seneca in laudando parcissimus hunc extollit, L. II. de ira c. 22. Apud Platonem educatus puer, cum ad parentes relatus, uociferantem uideret patrem: Nunquam, inquit, hoc apud Platonem uidi. Succedat Diogenes, de quo ex Gellii N. A. L. II. c. 18. haec apponam: Diogenes etiam cynicus seruitutem seruiuit, sed is ex libertate in seruitutem uenit ierat, quem cum emere uellet Xenias Corinthius et quid is artificii nouisset percunctatus: Noui, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Xenias responsam eius admiratus, emit et manumijit, filiosque suos ei tradens: Accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes. n) Quod uel iisdem uerbis refert Macrobius posterior.* D

n) Hinc Parmeno de Doro Eunucho, seu potius de Chaerea Eunucho personam mentiente, sic Thaidi, cui offerebatur, praedicat in Terentio Eunucho. III. 2, v. 23. sqq.

— — — fac periculum in litteris,
 fac in palaestra, in muscis, quae liberum
 scire aequum est adolescentem, solertem dabo.

Non absque re Plinius histor. natur. L. XIII. praef. questus olim est sua aetate: pessum iero uitae pretia omnesque a maximo bono liberales dictae artes in contrariam ceciderunt ac seruitute sola praefici coeptum est. Habes in teruis doctis bibliothecam uere uiuam. Talem nobis ostendit Seneca

crobius Saturn. L. I. c. 11. Exiguum hoc agmen claudat Q. Rhemnius Palaemon, quo iure hunc occupet locum, docet Suetonius de ill. Gr. c. 22: Rhemnius Palaemon, Vincentinus, mulieris uerna primo, ut ferunt, textricis (sic cum Theod. Pulmanno legimus) deinde herilem filium dum comitatur o) in scholas, litteras didicit.

*Vi-
neca Ep. 27: Calvisius Sabinus memoria nostra fuit diues et patrimonium habebat libertini et ingenium. Nunquam uidi hominem beatum indecentius. Hic memoria tam mala erat, ut illi modo nomen Plossis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene nouerat, quam paedagogos nostros nouimus. Nemo uetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam tribus, quam ille Troianos et Achiuos persalutabat. Nihilominus eruditus uolebat uideri. Hanc itaque compendiarium excogitauit. Magna summa emit seruos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum, nouem praeterea lyricis singulos assignauit. Magno emisse illum non est quod mirevis: non inuenerat, faciendos locauit. Postquam haec familia illi comparata est, coepit conuiuas suas inquietare, reliqua.*

o) Hi serui dicebantur Capsarii. Suetonius in uita Cl. Neronis c. 36. coniungit paedagogos et capsarios: Constat, inquit, quondam cum paedagogis et capsariis uno prandio pariter necatos, alios diurnum uictum prohibitos quaerere. Iuuenalis Satyr. X. v. 117. hoc illustrat:

Quem sequitur custos angustae uernula capsae.

Prius confirmat quoque Horatius Satyr. L. 1. 6. v. 78 — 84.

— — uestem seruosque sequentes

In magno populo si quis uidisset, auita

Ex re praeberi sumtus mihi crederet illos,

Ipse mihi custos incorruptissimus omnes

Circum doctores adierat. — —

Nec

Vidimus hucusque seruos paedagogos, quorum aspera conditio, ni fallor, scholasticis doctoribus hodiernis uilitatem aliquam conciliauit. Ipse tamen codex facer nobis ostendet paedagogos non tam parui esse habendos, cum apostoli et ipsa lex hoc nomine in scriptis N. F. insigniatur.

D 2

tur.

Nec minus laudandus erit *Manilius* in astronom.

— — teneros etiam, qui nutriet annos

Et dominum dominus praetexta lege sequatur.

Hic simul sese occasio offert explicandi uocem *antescholanus*, quam quidem glossarium Petronianum D. S. S. quod *Bourdolotius* Satyrico Petroniano cum notis ipsius criticis L. B. 1646. 12. edito subiecit, *proscholum* seu subductorem uocat, insidias enim pueris quoque scholas frequentantibus structas fuisse probabit *Martialis* Epigr. XII. 49. supra laudatus: *proscholos* uero ipse *Augustinus* de capsiis nostris explicuit. *Proscholi* dicebantur ii, qui non instituebant pueros in artibus liberalibus, sed in scholam ducebant, reducebantque, eorumque magistri morum erant, quomodo in schola ipsa gerere se deberent erga praeceptorem et alios, illudque faciebant in *proscholio*, area seu attrio scholae. *Augustinus* eorum meminit: libri uero illius iam mihi non sunt ad manus. Paedagogorum uero monita saepe dura, quin imo uiolenta fuisse persuadet *Martialis* epigr. L. X. 62.

serulaeque tristes, scepra paedagogorum

Cessent. — — —

Hinc procul dubio uultus paedagogicus apud *Suetonium* in uita *Neron.* c. 37. denotat tristem, seuerum. Non male igitur *Isidorus*: *παιπας*, paedagogus, qui sequitur studentem. Vid. *Ioh. Ge. Walch*, de gymnasiis inter Romanos literar. §. 5, p. 20.

tur. 1. Cor. IV. 15. Corinthiacae Ecclesiae doctores hac uoce designat Paulus, p) inquit:

Εάν

p) *Legenda sunt, quae Canzius, nobile inter theologos, philosophos et philologos nomen, in libro suo de consensu philosoph. Wolff, cum theologia, p. 805. §. 12. seq. monet. Primi igitur ordinis uita spiritualis, uegetatiuae, in regno naturae, quae sui conscientia non tangitur, simulacrum habet. Datur et modus operandi, in primo hoc ordine, siquidem uitae titulo dignus est, cuius effectus sensui maxime subiiciuntur externo, non satis explorata fide, utrum animi interiores recessus eo commoueantur, nec ne? Cuius modi est illa hominum sedulorum circa externam ecclesiae formam cura intentior: qua fit, ut disciplinam uel nondum institutam, stabiliant, uel collapsam instaurent, et omnia certo, eidemque laudato ordini, qua externam ecclesiae faciem, restituere allaborent. Cuius quidem generis homines in Scriptura paedagogi uocantur. εάν γὰρ μὲν πολλοὶ παίδεσθαι ἐπιθυμοῦντες ἐν χριστῷ ἀλλ' ἔτι πολλοὶ πατέρες.* Si uel paedagogorum decem millia habeatis, non habetis tamen plures patres. Paedagogi sunt, qui ordini ecclesiae externo prospiciunt, bene ab aliis constituta tuentur, ecclesiamque ab aliis plantatam, ne quid disciplina detrimenti capiat, obseruant. Sed si hunc operandi modum uel ab infimo uitae spiritualis gradu deicere, nec hoc dignari titulo uelis, per me quidem licebit. Haec Canzius. Idem decus academiae Tubingensis l. c. p. 368. §. 2. seq. scribit: Clericus in commentar. ad 1. Cor. III. 13. Paulus, inquit, mysticam significationem hic facto Moysi tribuit, quod uultum suum texisset eo consilio, ut describeret in se conditionem Israelitarum, quos non oportebat animaduertere, se ab eo leges accipere, quas aliquando antiquaturus esset Deus, quia non erat consultum, id eis innotescere, eo tempore, quo sub

Ἐάν γὰρ μυρίαὶ παιδαγωγὸς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' ἂν
πολλὰς πατέρας. *Nam quamuis decem millia paedagogorum habeatis in Christo, at non multos patres.* Et
Paulus Gal. III. 24. 25. ait: ὡσεὶ ὁ νόμος παιδαγωγὸς
ἡμῶν γέγονεν εἰς Χριστὸν, ἵνα ἐκ πίστεως δικαιωθῶ-
μεν. ἐλθέσης δὲ τῆς πίστεως, ἂν ἔτι ὑπὸ παιδαγωγῶν
ἴσμεν. *Quemadmodum enim lex paedagogus noster fuit*
ad Christum, quo ex fide saluemur; fide ueniente non
amplius sub paedagogo existimus. Priori in loco tri-
buitur ecclesiae doctoribus, qui instar paedagogorum
Corinthios ad fidem conuersos in eadem firmabant,
atque docendo, reprehendendo, corrigendo, consolando,
ulterius instruebant; Posteriori legi, q) quia nos ut pueros in Christi

D 3

fer-

sub lege, tanquam *paedagogo*, esse debebant. *Nunc ipse Can-
zizius pergit:* Populi igitur infantia paedagogo digna, im-
diuit, quo minus confestim tanta luce collustraretur, quan-
ta affulsit noui testamenti fidelibus. Illa aetas infirmior erat,
quam ut potuerit tantam ferre subito lucem. Vti infantes
gradatim ad maiorem pergunt, plenioraque cognitionem,
sic et V. T. homines cum infantibus comparati, Gal. III. 1.
seq. pro sua aetate et genio paulatim ad sublimiora N. T.
bona, nec sine typorum, totidem uelut picturarum adum-
brationibus, erant assuefaciendi. *Et caetera*, quae in ipso
Canzio euoluas.

q) *Nomos*, seu **הַחֹק** paedagogus hic noster uarie sumitur:
significat enim omnem doctrinam a Deo temporibus V. T.
reuelatam, siue id expressis fieret uerbis mandati, seu typis et
figuris futurum Messiam indicantibus, haec enim ex Zion
egredi et orbem uniuersum implere debebat, gentibus an-

aud.

servatoris notitiam et ad Christum suis ducit, immo compellit, minis, ut, cum ei satisfacere prorsus nequeant, de mediatore maxime sollicitos reddat. cf. *Glassii philolog.*

Porro paedagogi nomine salutatur a *Seneca* Ep. 110. 4. Genius tutelarior) seu bonus: *Unicuique nostrum paedagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae ex eorum*

nume.

nunciatura, depictura, oblatura Christum. Hanc ideam a nobis prolatam probabit Matthaeus V. 18. XII. 5. Ioannes X. 34. XII. 34. XV. 25. Actor. XIII. 39. Rom. III. 19. I. Corinth. XIV. 21. Quando uero pars parti opponitur, et Moses una cum Prophetis allegatur, ita ut Pentateuchus s. libri quinque Moysis lex uocetur, tamen et Moses legislator et interpret uoluntatis diuinae multa et illustria nobis tradidit testimonia de Christo *Ἰανθῶνα* futuro. Alias nobis uon aduersantes ideas nolo tangere.

r) Talis tutelarior Deus oppidis, aliisque locis adscribitur. Huc pertinet *Cicero* in *Verrem*. L. IV. *ut haec insula ab ea non solum diligi, sed etiam incolae custodiriue uideatur.* Genium uero Socratis illustrauit et descripsit *Godofr. Olearius* *Diff. de Socratis daemone* Lipsiae habita et postea *Stanleii* historiae philosoph. oriental. latine editae adiecta. Qui uero de anima Socratis et ratione humana, seu conscientia interpretantur, habebant et hoc argumentum, quod homo ipse sui sit paedagogus, teste *Antonino* philosoph. *περὶ ἑαυτοῦ* L. IX. 29. : ὁψονταί ἐν εἰδόν τι ἢ κοινὴ φύσις ἔσθαι, καὶ ἑαυτὸς ἐπαυδαγωγός. Videant, si norint, quid communis natura uelit, et seipfos (ad huius normam) *ἐπιτιμῶνται.*

numero, quos Ouidius ait de plebe Deos. Optimus horum uerborum interpret erit Apuleius, cuius uerba de Socratis daemone ex Buchneri Orat. p. m. 368. afferam: Hic quem dico, proxsus custos singularis praefectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus cognitor, assiduus obseruator, indiuiduus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum probator. Hic si recte animaduertatur, sedulo cognoscatur, religiose colatur, ita ut a Socrate iustitia et innocentia cultus est, in rebus incertis prospector, dubiis praemonitor, periculosis tutator, egenis opitulator. Qui tibi queat tum in somnis, tum in signis, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat, mala auerruncare, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarere, secunda regere, aduersa corrigere. Haec Apuleius. Perpetuus comes puellulae adamatae a Terentio eo quoque nomine notatur. Sic enim Dauus ad Getam, qui operam Phaedriae, citharistriam sectanti, in ludum ducenti reducentique dabat, fatur Phorm. I. 2. v. 94.

Quid Paedagogus ille, qui citharistriam?

Ad ultimum philosophi hoc nomen fortiuntur, teste Seneca philosopho Ep. 88. Nam eum (Aristo Chius) locum, inquit, qui monitiones continet, sustulit, et paedagogi esse dixit, non philosophi; tamquam quidquam aliud sit sapiens, quam humani generis paedagogus., Et ep. 123. loquentem aliquem facit: Istos tristis et superciliosos alienae uitae censors, suae hostes, publicos paedagogos, assis ne feceris. Quae superius de ec-

clesiae doctoribus breuiter dicta sunt, et hic suo modo ualent, ne autem prolixitati studeam, repetere nolo.

Designat quandoque familiarissimos, quorum consiliis perpetuo utimur. Ita de Galba Imp. refert *Aurel. Vict. epit. c. 6. Trium amicorum consilio*, (i. e. Iunii, Cornelli, et Coelii) cuncta (Galba) disponens, adeo, ut intra palatinas aedes pariter habitarent, et uulgo paedagogi dicerentur. Quod eisdem uerbis fere enunciat *Suetonius in uit. Galbae c. 14: Regebatur trium arbitrio, quos una et intra palatium habitantes, nec unquam non adhaerentes, paedagogos uulgo uocabant.*

Tales quoque erant *Athenodorus* apud Augustum. Audi *Iulianum* in *Caesaribus* ed. *Libio p. 21: ἔτω δὲ παρίσχον ἑμαυτὸν τῇ φιλοσοφίᾳ χειρῆσθαι, ὡς καὶ τῆς Ἀθηνοδώρου παρρησίας ἐνεχόμενον διὰ ἀχανακτῶν ἀλλ' ἐυφραϊνόμενος ἐπ' αὐτῇ καὶ τὸν ἀνδρῶν καὶ θάλαττος παιδαγωγὸν, ἢ πατέρα μάλλον, αἰδέμενος.* *Seneca*, *Neronis* amicus et praceptor. De hoc refert *Suetonius* in *uita Ner. c. 35. Senecam praecceptorem ad necem compulit, quamuis saepe commeatum petenti, bonisque cedenti persancte irasisset, suspectum se frustra, periturumque potius, quam nociturum ei. Et ibidem c. 7. Undecimo aetatis anno (Nero) a Claudio adoptatus est, Annaeque Senecae iam tunc senatori in disciplinam traditus. Ferunt Senecam proxima nocte uisum sibi per quietem C. Caesari praecipere: et fidem somnio Nero breui fecit, prodita*
inma-

immanitate naturae, reliqua. Et *Tragicus Seneca* in *Octavia* act. II. p. m. 253. Neronem ita loquentem nobis fistit:

*Desiste tandem iam grauis nimium mihi
Instare), liceat facere, quod Seneca improbat.*

Imo huius generis hominem secum habuit *Claudius* Imperator; testem produco iterum *Suetonium* in eius uita c. 2. *Diu etiam post tutelam receptam* (Claudius) *alieni arbitrii et sub paedagogo fuit*, quem barbarum et olim superiumentarium ex industria sibi appositum, ut se quibuscunque de causis quam saeuissime coerceret, ipse quodam libello conqueritur. *Lysias*, unus ex summatis regni Syro-macedonici a *Luthero* uocatur ein *Zuchtmeister des Königlichen Prinzen*. Licet uero paedagogi nomen in textu graeco non legatur, re ipsa tamen fuit. Sic enim uerba graeca se habent: και ἀπεθανεν ἐκεῖ Ἀντιόχος ὁ βασιλεὺς ἑτὲς ἑννατὴ καὶ τεσσαρακοσὺ καὶ ἑκατοσὺ, καὶ ἐπεγνώσθη Λυσίας, ὅτι τεθνήκειν ὁ βασιλεὺς, καὶ κατέστησε βασιλευσὶν Ἀντιόχον τὸν υἱὸν αὐτῆ ἀντὶ αὐτῆ, ὃν ἐξεβρεφε νεώτερον, καὶ ἑκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῆ Ἐυπάτωρ. Et mortuus est ibi *Antiochus* rex anno nono et quadragesimo et centesimo, et cognouit *Lysias*, quod mortuus est rex, et constituit ut regnaret *Antiochus* filius eius pro eo, quem nutriuit iunioem, et uocauit nomen eius *Eupator*: Sic uersio uulgata uerba interpretatur.

D 5

Sa-

Satis Lyfiam magistrum morum et comitem perpetuum Eupatoris regis fuisse.

Plura qui desiderat de his, euoluat *Pignorium* supra laudatum et *Io. Iac. Claudii, de nutricibus et paedagogis*. Ultraiect. 1702. 12. libellum elegantissimum aequae ac rarissimum, quorum labores nostris oculis usurpare haud licuit. Fortasse et *Ausonius Popma de operis seruorum* s) quaedam huc pertinentia collegit.

Ad

s) Liber hic non est *Ausonii Popmae*, licet *Suvertius* in *Athen. Belg.* p. 150. eum *Ausonio* adscribat, et *Morèrus* T. VII. p. 304. hunc sequatur, sed *Titi van Popma*, fratris *Ausonii*, obseruante doctissimo *A. D. Richtero*, tunc Rectore Scholae *Annaebergensis*, nunc Directore *Gymn. Zittau*. progr. qua *Vitam et scripta Ausonii van Popma* 1746. exponit. Auctoribus autem laudatis addenda quoque erit *Io. Petri Mulleri* Diss. de *ναισαγορία* ueterum Graecorum *Lips.* 1735. habita. Ipsius uero *Pignorii de seruis et eorum apud ueteres ministeriis* commentarius *Patau.* 1656. 4. c. f. et *Amstel.* 1674. 12. c. f. editus est, cuius excerpta quaedam in *I. I. Maderi* et *I. A. Schmidii* collectione de bibliothecis, et quidem T. I. legere poteris. Vtrum *Io. Caroli Krebsii*, Rect. *Buttstad.* prolusio de *institutione iuuentutis scholasticae apud Athenienses*. 1750. 4. pl. 2. ad nostrum institutum faciat, alii uiderint.

De seruis adhuc qui scripsere, annotandi sunt quidam, scilicet *Daniel Muller* progr. 1734. *Chemnicii* edito de *seruis medicis*, nec non alio progr. 1734. de *Grammaticis*. *Io. Frieder. Iugler* de *nundinatione seruorum apud ueteres*, *Lips.* 1741. *Loon* de *manumissione seruorum apud Romanos*, *Ultraiecti*, 1685. *Io. Henr. Schulzii* excursio in *antiquitates ad serui medici apud Graecos et Romanos conditionem eruendam*. 1733.

Ad finem properamus atque ea, cuius gratia haec omnia collegimus atque diximus, proponamus. Iunius mensis adest, uiridi colore humum exornans oculosque plurium delectans, celebramus memoriam Ioannis Baptistae, uiri, quem Christus ipse maximis annumerat, quae itidem in mente ideam excitat beneficiorum Dei in TE, *Pater Optime*, exhibitorum. Singulari illius gratia heri natalis sexagesima sexta uice illuxit, hodieque iustitiae, simulque nominalia cum his coniuncta, laetus agis. Pauca sed serua, non fucata, atque pia apprecari Tibi licebit: TE, cui fors paedagogi munus demandauit, paedagogi coelestes illi, quod summum Numen olim promisit, perpetuo et ubicunque locorum consistantur!



III. COM-

COMMENTATIO DE RECTORE SCHOLARVM MILITARIVM. a)

Praestat in otio otiosum esse, si Plinium (Ep. L. I. 9.) nostrum audias, atque in schola σχολαζεν, quam nihil agendo tempus alias non retrahendum perdere: illud enim Musis dicatum Scholas ἀκαρπυς haud patitur, sed scholia, aut, uti impraesentiarum, scholas gignit, litterarum fautoribus forte non ingratas. Hinc scholae dicatus, militares delineabo scholas, breuiter de rectoribus illarum differens.

Scholae igitur uocem prius explicaremus, nisi otium hac in re nobis fecisset V. C. Christophorus Kreisshmarus, Rector tum ludi Dresdensis Neapolitani, laude mea longe maior, in progr. de Nomine Scholae A. MDCCXXXIII. XVI. Kal. Octobr. edito, quibus tamen notio Scholae adicienda est, qua indicamus collegium quoddam militum, uel ministrorum b) principis, quam definitionem debemus

- a) Conf. Codinum de officiis. Pancirollum in notitia imperii, c. 64. et 88. apud Graenium thes. T. VII. forte et lo. lac. a Wallbauser Roman. Kriegsschule, atque Lipsium de militia Romana.
- b) e. g. Notariorum, de quibus uid. Gutberius de Off. dom. aug. L. III. c. 9. p. 579. Ipsa autem uerba referamus: Gutberius L. II. c. 14: Schola collegium quoddam est militum uel ministrorum, et qui illi adscripti erant, scholares dicti, eorumque

bemus *Gatherio de Offic. dom. aug. L. II. c. 14. p. m. 599. L. III. c. 10. p. 599.* ubi obseruat, has scholas fuisse uel *militiae castrensis*, uel *palatinae*, de quibus nonnulla enotabimus.

Harum originem si inquiras, *Henricus Valeſius ad Amin. Marcell. L. XVI.* eruditissimis suis commentariis te docebit, *scholam* quoque denotare locum quemcunque celebrem, in quibus et multitudo, uel alii frequentes conueniebant. Sic occurrit *schola quaestorum*, in qua scribae et librarii quaestorii coibant. Item *schola speculatorum* c) quae complectebatur speculatores legionum primae et secundae adiutricum. Non absolum ita-
rumque praepositi *capita scholarum aut scholae primicerii.* Schola autem erat uel *militiae castrensis* uel *palatinae*. Et *palatina* uaria fuit, ut ex *Notitia* constat. conf. *Valeſius ad Marcellin. p. 310. et 316. seqq.*

Idem *L. III. c. 10. p. 599.* Scholae sunt collegia quaedam militum uel ministrorum principis tam armatae militiae, quam togatae, quarum plurimae Magistri officiorum iurisdictioni subiectae sunt. *Thomae Reinesii*, nobilissimi illius Medici, epistolae ad *Hoffmannum* euoluens in *scholam* incidi aliam, seu porticum, otiosorum, deambulationibus et confabulantium stationibus accommodatam, quam *M. M. Memmii*, pater et filius extruxerunt, *Duumuri*, de qua more suo disputat p. 295. usque 298. Collegium *medicorum* idem obtinuit nomen. Sic *M. Linius Celsus*, tabularius scholae medicorum. uid. *Gruter. inscript. p. m. 632. n. 4.*

c) Hos cursores militares (*Feld • Curiers*) dicere etiam posses. uid. *Ioh. Wilh. Bergeri* diff. de laureatis §. 10. ap. *Marctianum* in *Theſ. dissert. T. II. P. I.*

itaque uidetur, et sequiore aetate cohortes praetoriarum ita conjunctas habitasse palatio, ut olim hae scholae erant porticibus contiguae. Harum scholarum ciues *scholares* audiebant. Hinc *Suida*, in uocabulo *σχολαριοι* d) scribit: *σχολαριοι τρισχιλιοι πεντακοσιοι ἐπὶ Φυλακῇ τῆ Παλλαντος ἦσαν τεταγμένοι, ἀρισίνδην ἐπιλεχθέντες ἐξ Ἀρμενίων, οἷς συνταξίαι ἀνέκαθεν πλείους, ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπανι τὸ δημόσιον ἐχορήγει.* h. e. Scholares ter milia quingenti ad custodiam Pallantis (comitis ut coniectio, uel praesidis cuiusdam) erant constituti ex optimatibus Armeniorum (adde secundum Procopium *Isauros* quoque) delecti, quibus antiquitus respublica maiora stipendia, quam caeteris omnibus suppeditabat, quae teste *Valesio* l. c. ex *Procopio* et *Agathia* hausit. Nec non *Sulpitius Severus* in uita *Martini* L. I. c. 2. mentionem iniecit eorum, dum inquit: *Ipsē (Martinus) armatam militiam in adolescentia secutus, inter scholares alas sub rege Constantino, deinde sub Iuliano Caesare militauit.* Neque absurdum fore credimus, dum affirmamus, extra Constantinopoleos moenia fuisse palatia, scholis huiuscemodi instructa, quod palatium *Antiochenum*, praesentesque scholarum palatinarum primi apud *Marcellinum* L. VIII. uero simile reddunt. Ipsa apponam uerba: *Montius tunc quaestor, asper quidem, sed ad lenitatem propensior, consulens*

d) Vid. de his *Moursii* Glossarium graeco-barbarum in hac uoce.

lens in commune, aduocatos palatarum primos scholarum allocutus est mollius. Considerandae quoque sunt scholarum classes, quarum Iustinianus Augustissimus e) undecim, Notitia uero utriusque imperii tantum decem numerat. Vide Guther l. c. L. III. c. 10. p. 599. ubi insimul monet, fabricensium collegium huc cum Cuiacio Opp. T. III. p. m. 467. tit. 29. non esse referendum. Sunt uero secundum imperii notitiam: Schola scutariorum prima, scutariorum secunda, armaturarum seniorum, gentiliu seniorum, scutariorum tertia, agentium in rebus, gentiliu iuniorum, armaturarum iuniorum, scutariorum sagittariorum, scutariorum cibariariorum: nec non ex Gutherii mente domesticorum et protectorum quibus rectores seu tribuni praeerant (ipsi magistro officiorum f) subiecti.

De his uero sigillatim quaedam disputabimus: Et quidem primum de scutariorum scholis, quarum prima et secunda crebrius in Marcellini historia occurrit. Hic L. XXVI. p. 310. narat: Progresso Nicaeam uersus exercitu, quae in Bithynia ma-

ter

e) Ille Cod. L. IV. tit. 65. l. fin. de locato inquit: *Mihes autem appellamus tam eos, qui sub excelsis magistris militum tolerare noscuntur militiam, quam qui in undecim scholis deuotissimis taxati sunt, nec non eos, qui sub diuersis optionibus foederatorum nomine sunt decorati.*

f) Magister officiorum sub se habebat ex militari iurisdictione et cura fabricas armorum, fabricenses, limites, et limitaneos milites et scholares omnes. uid. Cuiacius T. III. p. 15. tit. 32.

ter est urbium, potestatum ciuiliū, militiaeque rectores, magnitudine curarum adstricti communium interque eos quidem spe uana sufflati, moderatorem quaeritabant, diu exploratum et grauem, et rumore tenuis obscuris paucorum susurris nomen perfringebatur **EQVITITII SCHOLAE PRIMAE SCVTARIORVM ETIAM TVNC TRIBVNI**, qui, quo itidem spreto, quia procul iacebat, ut aptus ad id quod quaerebatur, atque conueniens **VALENTINIANVS** nulla discordante sententia, numinis adspiratione coelestis electus est, **AGENS SCHOLAM SCVTARIORVM SECVNDAM**, relictus apud *Ancyram*. Et L. XXII. p. 222. (ed. Par. 1636. 4.) Romanus quin etiam et *Vincentius*, **SCVTARIORVM SCHOLAE PRIMAE SECVNDAEQVE TRIBVNI**, agitasse conuicti quaedam suis uiribus altiora, acti sunt in exilium. Liceat et alia adficere loca testis huius omnino locupletis, licet scutariorum scholas non adeo in illis ubique distinxerit. Is L. XIII. p. 27. inquit: Post multos **SCVDILO SCVTARIORVM TRIBVNVS** uelamento subagrestis ingenii persuasione opifex callidus. Et L. XVI. p. 73. meminit: *Idea tibi permissi*, quod *Bainobaudes* **TRIBVNVS** et *Valentinianus* postea imperator, cum equestribus turmis, **QVAS REGEBANT**, ad exequendum id ordinati a **CELLA TRIBVNO SCVTARIORVM**, qui *Barbationi* sociatus uenerat ad procinctum iter obseruare sunt uetiti, unde redituros didicere *Germanos*. Porro L. XVII. p. 101. refert: Et quia
nihil

nihil uidebatur deesse praeter ductores, **NESTICAE**
TRIBVNO SCVTARIORVM, et *Chariettino*,
 uiro fortitudinis mirae, imperauerat Caesar, ut magna
 quaesitum industria, comprehensumque offerrent sibi
 captiuum, rel. Deinde L. XXX. p. 415 legimus:
 Hoc nunciato princeps ante dicti fuga percussus, quem
 elaqueatum fidem rupturum existimabat, cum sagitta-
 riis mille succinctis et leuibus *Danielum* mittit et
BARZIMEREM, reuocaturos eum, comitem unum,
 alterum **SCVTARIORVM TRIBVNVM**. Iti-
 dem L. XXXI. c. 9. p. 452. docet: - - oppidum
 petiuere *Dibaltum*, ubi **TRIBVNVM SCVTA-**
RIORVM BARZIMEREM inuentum cum suis,
 cornutisque et aliis peditum numeris ponentem affiliunt,
 eruditum puluere militari **RECTOREM**. Vnicum
 addam locum adhuc L. XXV. p. 307. His ita
 tristibus laetum aliud addebatur, missos a *Iouino* mili-
 tes aduentare, quos **CAPITA SCHOLARVM** or-
 do castrensis appellat, nunciantes aequo animo *Iouiani*
 imperium amplecti exercitum *Gallicanum*. Quibus
 compertis **VALENTINIANO**, qui cum iisdem **RE-**
DIERAT REGENDA COMMITTITVR SCV-
TARIORVM SCHOLA et *Vitalianus* **DOME-**
STICORVM CONSORTIO IUNGITVR, HE-
RVLORVM E NUMERO MILES, qui multo
 postea auctus comitis dignitate male rem per *Illyricum*
 gesserat.

Licet uero tertiae scutariorum scholae haud fi-
 gillatim mentionem fecerit *Marcellinus*, non est
 tamen, quod de ea dubitemus, quum Imperii no-

E

tia

*tia nomen eius scholis inferuerit palatinis. Mihi tamen in mentem uenit, hanc cornutorum g) nomine posse intelligi, qui itidem milites erant perpetuo atque diurno usu proeliorum exercitati maxime, vid. Gutber. l. c. p. 418. et 622. Bainobaudes enim, quem Marcellinus L. XIII. c. 10. p. 28. scutariorum tribunum dixerat, L. XVI. p. 74. et 85. Cornutorum tribunum appellauit: ultima uerba enotabo. Ceciderunt autem in hac pugna Romani quidem CCXL. et III, RECTORES uero IIII. Bainobaudes CORNV-
TORVM*

g) Haec schola Cornutorum procul dubio ex Gallis, Germanis, aut aliis barbaris erat collecta. Gutberius enim de offic. dom. aug. L. III. p. 622, inquit: Cornutos et braccatos milites usu praeliorum diurno firmatos, inuenio, sed non Illyricos. (Ammian. L. XVI.) Erat enim bracciae uel braccae tegmen Gallorum. Confer et compara dicta de Germanorum habitu et uestitu apud Guillimannum. Germanos, qui pellibus, cornibus adhuc instructis, induti incedebant. In oculos forte mihi incidit locus Ammiani Marcellini L. XVII. p. 103. sq.: *Augusto inter hos quiescenti per biemem apud Sirmium indicabant nuncii graues et crebri, permixtos Sarmatas et Quados, uicinitate et similitudine morum armaturaeque concordis, Pannonias Moesiarumque alteram cuneis incurfare dispersis. Quibus ad latrocinia magis quam aperto habilibus Marti, hastae sunt longiores et loricae, ex cornibus raris et leuigatis, plumarum specie linteis indumentis innexae, equorumque plu-*

TORVM TRIBVNVS adaeque Laipso h) et Innocentius cataphractarios ducens, et uacans quidam tribunus, i) cuius nomen non suppetit.

Scutariis iungamus Scutarios sagittarios, formidabile, ut Ammianus L. XVI. p. 76. ait, genus armorum, quod cum Henr. Valesio ad h. l. commentante describemus: „Lorica et ocreis genuum tenus, probe contacti pugnam inibant, dextra arcum et sagittas, ense sinistro lateri appensum gestantes. Sunt, et quibus hasta appensa est, et breuis super humeros, clypeus absque ansa, quo uultum et ceruicem tegere possint. Erant autem equites optimi, et currentibus, cum maxime equis arcum facillime tendebant, hostem, que aut fugientem aut insequentem conuulnerabant. Neruum porro adducebant ad frontem, uersus dextram maxime auriculam, tanta ui, ut quemcunque

E. 2

„sagitta

plurimi ex usu castrati, ne aut in foeminarum uisu exagitati raptentur, aut in subsidiis ferocientes prodant hinc denso uectores: et per spatia discurrunt amplissima sequentes alios, uel ipsi terga uertentes, insidendo uelocibus equis et morigeris, trahentesque singulos, interdum et binos, uti permutatio uires foueat iumentorum uigoreque otio integretur alterno. Forte et ex hoc nomen habuerunt, quia fortissimos et ualidissimos in cornua ordinabant.

h) Forte legendum loco adaeque Laipso esset *Dagalaipho*, cuius nomen apud Ammianum Marcellinum L. XXVI. p. 314. 316. occurrit.

De horum dignitate confer. *Guths.* de off. p. 56.

„sagitta percussissent, statim is interiret, nec scutum, nec lorica impetum teli frangeret. Haec fere Procopius in principio L. I. qui Persica inscribitur. „ Ipse tamen Marcellinus est audiendus; hic L. XVIII. p. 131. ait: Aderat comitum sagittariorum pars maior, equestres uidelicet turmae ita cognominatae, ubi merent, uti omnes ingenui barbari, armorum uirumque firmitudine inter alios eminentes. Porro adnotamus L. XXVI. p. 314. Valentinianus - percunctatus, quemnam ad consortium imperii oporteret assumi, silentibus cunctis, DAGALAPHVS tunc EQVESTRIS MILITIAE rector respondit fidentius. Si tuos, inquit, amas, Imperator optime, habes fratrem; si rempublicam, quare, quem uestias. - - p. 316. Et DAGALAPHVS, quem MILITIAE RECTOREM prouexerat Iouianus. Denique adiciam L. XXVIII. p. 402. Vbi inuentos EQVITES quartae SAGITTARIORVM COHORTIS, quae ad rebellem defecerant, ut contentum se supplicio leniore monstraret, omnes contrusit ad infimum militiae gradum. - - TRIBVNVM SAGITTARIORVM CVRANDVM ea re iussit occidi, quod nec ipse unquam cum hostibus congregari uoluit, nec suos ut pugnarent hortari. Nec non L. XXXI. p. 460. Eo ad uallum hostile tendente, SAGITTARII SCVTARII, quos BACVRIVS IBERVS quidam tunc regebat, et CASSIO, audius impetu calenti progressi. rel. conf. Montfaucon.

Superest adhuc Scutariorum clibanariorum schola, k) cuius rarior inicitur mentio. Glossa Basilicorum

k) Schola Scutariorum clibanariorum in oriente fuit sub magistro officiorum. Guther. p. 624.

filicorum apud Gutherium l. c. l. III. c. 12. p.
 622. hos ita nobis delineat: κλιβανάριοι ὀλοσί-
 ῥηροι, κλιβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρὰ καλύμμα-
 τα καλεῖσι, ἀντὶ τῆς καλαμῆνα. h. e. Clibanarii,
 (nostris forte *Clirafierer*) ex toto sunt ferrei.
 κλιβανα enim Romani ferrea uocant tegumenta con-
 tra arundinem et sagittas. Plenior tamen ima-
 ginem nobis sistit *Marcellinus* toties laudatus
 l. XVI. c. 16. p. 70. *Sparsiq; cataphracti* 1) equi-
 tes, quos Clibanarios dicunt Persae, thoracum mu-
 niti tegminibus et limbis ferreis cincti, ut *Praxitelis*
manu polita crederes simulacra, non uiros, quos lami-
 narum circuli tenues, apti corporis flexibus ambiebant,
 F. 3 per

1) Qua ratione Clibanarii a Cataphractariis differant, docet
Gutherius l. c. p. 623. Eisdem tamen habet *Capitolinus*.
 En locum! *Alexander Seuerus* oratione ad Senatum, post
 uictos Persas, habita, quam *Capitolinus* in eius uita refert,
 disertè *Persis Clibanarios* dictos ait, qui alias Romanis
 nimirum et Graecis *Cataphractarii* appellarentur. Centum,
 inquit, et uiginti quinque millia equitum fudimus: *cata-*
phractarios, quos illi (Persae) *clibanarios* uocant, decem
 millia in bello intereminus, eorum armis nostros armauimus.
Rufi Festi breuiar. c. 24. v. 6. 7. Aureliani imperatoris
 gloriae *Zenobia Odenati* uxor accessit. Etenim post mor-
 tem mariti foeminea ditione orientis tenebat imperium:
 quam Aurelianus multis *clibanariorum* et sagittariorum mil-
 libus fretam apud *Immas* haud procul ab *Antiochia* uicit, et
 captam Romam triumphans ante currum duxit.

per omnia membra deducti, ut quocunque artus necessitas commouisset, uestitus congrueret iunctura cohaerenter aptata. Et paulo post L. XVI. p. 78 iterum clibanarios meminit: Norant enim licet prudentem ex equo bellatorem cum clibanario nostro congressum frena retinentem et scutum, hasta una manu uibrata, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse. Aldam et Nazarium in Panegyri Constantini ap. Gutherium l. c. p. 623. Quae enim illa fuisse dicitur species, quam atrox uisu, quam formidolosa? operimento ferrei equi, atque homines pariter obsepti. Clibanarius in exercitu est nomen superne omnibus tectis equorum pectoribus, demissa lorica et crurum tenuis pendens, sine impedimento, gressus a noxa uulneris uendicabat. Neque leges plane silent Clibanariorum nomen, siquidem sacratissimus Imperator eorum meminit in Cod. Theodos. L. XIV. tit. 17. leg. 9. de annonae ciuicae. Annonas ciuicas in urbe Constantinopolitana scholae scutariorum, et scutariorum clibanariorum diu Constantini adseruntur liberalitate meruisse. κλιβάνος m) uocabulum, quidam Persico sermone originem acceptam referre autumant, praecipue cum Eutropius L. VI. c. 7. §. 9. narret, Tigranem Armeniae regem sexcentis millibus clibanariorum fuisse instructum.

Nunc

m) Fabricae armorum uariae erant, e. g. sagittariae, loricariae, scutariae, ballistariae, clibanariae, spatariae rel. vid. Berrius de German. L. I. p. 93.

Nunc quoque *armaturarum scholas* considerabimus. Armatura uero genus est exercitii, quo a Campiductoribus hodie (*Exercitiens-Weistern*) n) tirones imbuuntur, uel scientia saltandi in armis, quam Pyrrhicham dicunt, et de qua *Interpres uetus Tetrabibli* uulgo *Ptolomaeo* adscripti L. IV. inquit: ὁ πλορχηστὰς οἱ περ εἰσὶν οἱ μεθ' ὅσων ὀρχήμενοι, ἃς καλεῖσιν ἀρματέραις. i. e. Hoplorchistae, qui erant in armis saltaturi, quos uocarunt armaturas. uid. *Valesius* ad *Marcell.* L. XIII. p. 51. Quia uero hi rite arma tractare discebant, omnis militum in armis institutio armatura postea est dicta. Dein soli ex eo dicti armaturae, qui inter principia legionis, ea exercitatione imbuti coeperunt. Ut uero duplex militum genus aderat, pedestre scilicet, et equestre, adeoque duplex armaturae species erat, quam uberius illustrat *Valesius* dicto loco. Quo exercitiores uero nostri *scholares* essent, armaturae *seniorum* semel in die; *iuniorum* autem nouorumque militum mane et post meridiem in omni armorum genere exercebantur. uid. *Gutherius* l. c. p. 602. Audiamus tamen simul nostrum *Marcellinum*, qui L. XIII.

E 4

p. 29.

n) Campiductores erant in praecipuis militum et fortissimi. *Marcellinus* L. XVIII. p. m. 141. Illorum (Gallorum) campiductoribus, ut fortium factorum antesignanis, post ciuitatis excidium, armatas statuas apud Edessam in regione celebri locari iusserat Imperator, quae ad praesens seruantur intactae.

p. 29. inquit: - - *Accurrit Eusebius cubiculi tunc
 praepositus, Pentadiusque notarius et MELLOBAVDES
 ARMATVRARVM TRIBVNVS iussu imperatoris compul-
 suri eum sigillatim docere, quam ob causam, quemque apud
 Antiochiam necatorum iusserat trucidari. Et L. XV.
 p. 38. Tres simul exilueve tribuni ARINTHEVS AGENS
 VICEM ARMATVRARVM RECTORIS et SENIAVCHVS,
 qui equestrem turmam comitum tuebatur, et PAPPO
 ducens promotos cum commissis a principe. L. XXVII.
 p. 335. loquitur: NI BALCHOBVDES ARMATV-
 RARVM TRIBVNVS magniloquentia socordi coalitus
 appropinquante iam vespera cessisset incondite. Nec
 non L. XV. p. 39. occurrit MALLOBAVDES ARMA-
 TVRARVM TRIBVNVS.*

Progrediamur nunc ad *Gentiles*, qui itidem
 duplici schola, *seniorum* nempe et *iuniorum*, quam
Gordianus iunior, ut ex *Cedreni* loco, inferius le-
 gendo, forte colligere poterimus, instituit, gau-
 debant. *Gentiles* autem tum non audiebant,
 qui iura familiarum gentiumque usurpabant, sed
 qui idolis adhuc sacra faciebant, et plerumque,
 uti pene omnes milites, ex barbaris colligeban-
 tur. vid. *Chladenius* de *Gentilit. Rom.* p. 11. *Chri-*
stiani enim tum sibi persuaserant, militis officia
 officii *Christianorum* aduersari. Hinc *Martinus*,
Turonensis episcopus, referente *Sulpicio Seuero*,
 de vita *Mart.* L. I. c. 3. et 4. eiurata superstitione
 noluit amplius castra sequi. In barbarorum nam-
 que numero maxima exercitus *Romani* vis con-
 sistebat,

fistebat, ideoque confidentes hostes, teste Marcellino L. XVI. p. 61. populabantur prouincias, quod nec SCVTARIOS adesse, prodentibus perfugis, didicerant, nec GENTILES per municipia distributos, ut commodius uescerentur. Gentiles uero scholam habuisse colligimus ex eodem Marcellino L. XXVII. p. 351. fidentissimo impetu acies motas promte ante alios praeiere duo iuuenes lecti in principiis adeundi discriminis Saluius et Lupicinus scutarius unus, alter E SCHOLA GENTILIVM. Haec schola suo tribuno uel Rectori fuberat, quod Marcellinus probat L. XX. p. 155. Constantius, nec discusso negotio, nec patefieri quae scientiam eius latebant, permissis, adpetitum calumniis (Vrsicinum magistrum peditum) deposita militia digredi iussit ad otium, AGILONE ad eius locum immodico saltu promotus EX GENTILIVM SCVTARIORVM TRIBVNO. Et L. XV. p. 39. Confestim iniquitate rei percitus MALARICHVS GENTILIVM RECTOR, collegis adhibitis strepebat, immaniter circumueniri homines, dicatos imperio, per factiones et dolos minime debere proclamans, petebatque, ut ipse relictis obsidum loco necessitudinibus suis, MALLOBAVDE ARMATVRRARVM TRIBVNO spondente.

Praesertim enodat doctissimus Gutherius l. c. p. 602. scholam Gallicam palatii ex Symmachi o) Epp.
E 5 L. VIII.

o) Hic tamen paulisper dissentit exemplar 1653. Lugd. Bat. impressum, partim quod aliter legat, partim aliter numeret,

L. VIII. 52. p. 359. editore Iureto, quem locum forte illustrat *Marcellinus* L. XV. p. 40. *Haec Malarichus subito nactus, etiam tunc squalens et moestus, suamque et popularis SILVANI uicem grauiter ingemiscens, adhibitis FRANCIS, quorum ea tempestate in PALATIO MVLTI TVDO florebat, erectius loquebatur. Denique cum Valejo ad Marcellinum L. XVI. p. 101. obseruamus, quod in notitia Imperii legatur Praefectus Sarmatarum Gentilium. A uero non aberrabo, si dixerim, Batauos seniores apud Bertium de Germania L. I. c. 11. p. 93. in hunc censum esse referendos. Praeterea laetos p) inuenio barbaros ad Marcellinum L. XVI. p. 73. proprio sic nomine dictos. Laeti uero dicuntur barbari, quos in colonias provinciarum desertarum deduxere, adeoque ciuitate gaudebant Romana. Meminit eorum *Zosimus* L. II. c. 54. p. 230. curante Cellario: μαγνέντιος ἔλκων μὲν γένος ἀπὸ βαρβαρῶν, μετακίησας δὲ εἰς λεταῖς ἔθνος γαλατικόν. h. e. Magnentius attraxit genus barbarorum, habitans in laetis, gente Galatica.*

Et *Eumenius*, Auctor Panegyrici dicti Constantino Caesari C. XXI. „Sicut pridem tuo, Diocletiane Auguste, iussu impleuit deserta Thraciae, translatis in
„colis

ret, atque ex 52. fecerit 55. Sic autem scribit *Symmachus*: Nam dudum eum ad scholam Gallicam (nostrum Gallicani) palatii translatum esse memisisti.

p) De laetis vid. *Guther. de offic.* p. 732.

„colis Asia, sicut postea Tuo, Maximiane Auguste, nutu
 „NERVIORVM et TREVIRORVM arua iacentia LAETVS
 „postliminio restitutus, et receptus in leges FRANCVS
 „excoluit, ita nunc per uictorias Tuas, Constanti,
 „Caesar inuicte, quicquid infrequens Ambiano et Bello-
 „uaco et Tricassino solo Lingonicoque restabat, barbaro
 „cultore renirescit. „

Confer praeterea Cod. Theodof. L. VII.
 tit. 20. leg. 12. de ueteranis: ubi haud pau-
 ca Godofredus, nomen illud magnum, de Lae-
 tis disserit. Addam ex Bertii commentariis de
 Germania L. I. c. 11. p. 92. *Laetos Lingones et*
Laetos Actorum.

Nescio uero, an huc pertineat *Schola Candi-*
datorum seniorum, quae sextae adscripta erat scho-
 lae, Gordianumque seniore auctorem ha-
 buit, et *iuniorum*, septimae scholae addicta, quam
Gordianus iunior, ex sententia Cedreni, cuius
 uerba mox inuenies, uel *Philippus*, ut uult Chro-
 nicon quoddam Alexandrinum, instituit, lectis
 ex scholarium ordine fortissimis et maximae
 proceritatis. Occurrunt hi Candidati apud *Mar-*
cellinum L. XV. p. 41. ubi *Valesius* rem *Hierony-*
mi atque *Victoris Turonensis*, itemque *monumenta-*
rum fide firmat.

Scho-

Scholam agentium q) in rebus, et deputatos huius scholae, licet magistro officiorum, uti laudatae, subiecta fuerit, missam facio, adnotans, satis rationem eorum habuisse *Gutherium de Offic. Dom. Aug. L. III. c. 10. p. 603. seqq. 629.* r) Aliqua uero de domesticis et protectoribus s) adiecisse potius iuuabit. Instituit eos *Gordianus Caesar*, narrante *Cedreno Synopf. hist. p. 803. D. edit. Venet. 1729. f. Iunior Gordianus post Pupienum Imperator creatus mensibus tribus Principatum tenuit. Is primus instituit t) CANDIDATOS ET PROTECTORES et ordinem SCHOLARIVM, quem a se IUNIORVM adpellauit.* Μετὰ δὲ τῆσιν ἐβασίλευσεν ἰανίωρ μῆνας τρεῖς, ὃς πρῶτος ἐποίησε κληδόνων

- q) Ex horum numero fuit *Theopompus*, uir illustris, agens sacri nostri palatii scholam, ut *Anastasius Aug. imp. in epistola ad Hormisdam papam. uid. Valesius ad Marcellin. L. XIV. p. 17.*
- r) *Conf. et Io. W. Bergerum de literis laureatis §. 10. apud Martinum Thef. Diff. T. II. P. I. p. 18.*
- s) Protectorum nomen et aliis dederunt, quos recenset *Gutherius de offic. dom. aug. L. III. c. 12. p. 617.*
- t) Vir cl. *Chr. G. Grabner*, in progr. I. et II. docte more suo de nomine, origine et scholis protectorum scribit, eos a *Seuero* esse institutos. Forte alia haec erat schola ac scholarium iuniorum. Caeterum de Protectoribus conferratur *Godofredi discursus ad L. Quisquis p. 54. et Salmasius ad Lampridii Heliogab. c. 33.*

δάτον καὶ πρωτίκτορας, καὶ τὸ τάγμα τῶν ἡολα-
 ρίων συνησάμενος ἐκάλεσεν αὐτὸ ἰωνιῶρων, ὡς τὸ
 ἴδιον ὄνομα. Et licet non omnes domestici pro-
 tectores erant, protectores tamen in eorum fue-
 runt numero, cum scriptores passim haec nomi-
 na iungant, aut permittent. conf. *Guther.* l. c.
 p. 442. Sic *Eutropius* L. X. c. 9. §. 1. Post hunc,
 inquit, *Iouianus*, qui tunc DOMESTICVS MILITABAT,
 ad obtinendum imperium, consensu exercitus electus est,
 commendatione patris, quam sua, militibus notior. Et
Amm. Marcellinus L. XXV. p. 296. Inter has exi-
 guas, ad tantam rem moras, nondum pensatis senti-
 tiis, tumultuariis paucis, ut in rebus extremis factum est
 saepe, IOVIANVS ELIGITVR IMPERATOR, DOME-
 STICORVM ORDINIS PRIMVS, paternis meritis me-
 diocriter commendabilis. Erat enim *Varroniani* notis-
 simi comitis filius, haud dudum post depositum militiae
 munus ad tranquilliora uitae digressi. Et paulo post
 p. 297. *Iouinianum* adhuc protectorem. Vtrumque
 nomen coniungit *Marcellinus* L. XIII. p. 33. *Her-
 culanus* aduenit PROTECTOR DOMESTICVS *Hermo-
 genis* ex magistro equitum filius. Neque dubitemus
 eos inter scholas fuisse militares, id enim testatur
Marcellinus L. XIII. p. 16. solisque SCHOLIS iussit esse
 contentum PALATINIS et PROTECTORVM et cum scu-
 tariis, et gentilibus. L. XXVI. p. 316. uero inquit:
 Et *Seruanus* olim sacramento digressus recinctus est, ut
Pannonius sociatusque *Valenti*, DOMESTICORVM
 PRAEVIIT SCHOLAE. Haec schola, quam *Guthe-
 rius* solerti studio a protectoribus comitum distin-
 guit,

guit, longe aliter ac *Valejius* ad Marcell. p. 33, ut caeterae suos habuit rectores siue tribunos, teste *Marcellino* L. XIII. c. 10. p. 29. Et *Barbatio* repente apparuit Comes, qui sub eo DOMESTICIS PRAEFVIT. L. XVIII. p. 118. Inter quos etiam *Valentinus* ex primicerio PROTECTORVM TRIBVNVS, ut conscius, inter complures alios tortus aliquoties superuixit, penitus quid erat gestum ignorans. Ideoque ad iniuriae periculi-que compensationem, ducis in Illyrico meruit potestatem. Erat autem idem *Barbatio* subagrestis, arrogantis propositi, ea re multis exosus, quod et dum DOMESTICOS PROTECTORES sub Gallo REGERET *Caesare*, reliqua. L. XXI. p. 187. *Dagalaiphum* PRAEFECIT DOMESTICIS, aliosque plures, ex arbitrio suo MILITIBVS REGENDOS apposuit, quorum merita norat et fidem. Hanc scholam protectorum domesticorum, corporis custodiam habuisse Imperatorum, quam sententiam quoque tuetur *Gutherius* l. c. p. 424. sqq., non abs re conicimus, cum *Hieronymus* in *Chronico Eusebiano* scripserit: *Caius* (*Caligula*) a protectoribus suis occiditur; *Suetonius* vero testatur in *Caligulae* vita c. 56. et 58. illum a *Chaerea* cohortis praetoriae tribuno fuisse percussum. Et quae *Spartianus* protectoribus adscribit, *Victor* custodibus tribuit. Audiamus utrumque. *Spartianus* in *Caracalla* refert c. 5. In scapham cum protectoribus descenderet. Et c. 7. Cum inter protectores suos coniuratos caedis ageret. *Aurelius Victor* autem in epitome c. 21. inquit: Cum *Carras* iter faceret, apud *Edeffam* secedens ad officia naturalia, a milite, qui quasi


quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est. Imo disertè docent sacratissimi Impp. Honorius et Theodosius Cod. Theod. L. VI. tit. 24 leg. 9. de domest. et prot: DEVOTISSIMOS PROTECTORES, qui ARMATAM MILITIAM subeuntes, non solum defendendi corporis sui, uerum etiam PROTEGENDI LATERIS NOSTRI sollicitudinem patiuntur, unde etiam protectorum nomen sortiti sunt, inglorios esse non patimur. Similia lex praecedens quoque loquitur.

Occurrit praeterea comes domesticorum Richomerus apud Marcellinum L. XXXI. p. 448. et Lucilianus quasi domesticorum comes, u) L. XIII. c. 10. p. 28. At quoniam, uti supra monuimus, domesticorum familia latius patebat, quam protectorum, dubii haeremus, utrum comes ille palatinae praefuerit scholae. Militare munus inde concluderem, quia Aurelius Victor de Caesar. c. 39. docet: Ducum consilio tribunorumque Valerius Diocletianus domesticos regens ob sapientiam deligitur. Cui Zonarus Anna^l. L. XII. c. 31. p. 483. ex editione du Fresne addendus, qui de Diocletiani fati

- u) Codex Theodosii cum domesticis; qui et protectores siue custodes corporis principis sunt, *σωματοφυλακες* Graecis appellati, coniungit: quorum aliquos non meros ostiarios fuisse, hoc est, admisisse et dimisisse tantum, qui Principem aut herum conuentum uellent; uerum et chartas dominorum seu tabellaria tractasse, uidetur suadere locus Agathiae L. I. de imperio et gestis Iustiniani, qui cancellarios istos uel cancellis τὰ ἀρχῆα Narsetis curasse disertè tradit. vid. Nolténii Lexic. antib. p. m. 266.

fatis refert: ἐξ εὐτελεῶν στρατιωτῶν δούξ Μοισίας ἐγένετο: ἄλλοι δὲ κομήτα δομestikῶν αὐτὸν γενέσθαι φασί. δομestikὸς δὲ τινὲς τῆς ἰππίας νομίζουσι. h. e. de gregario milite dux Moesiae factus, alii vero comitem domesticorum illum fuisse perhibent. Domesticos vero alii equites autumant., Hinc consequeretur, rectorem protectorum comitis dignitate fuisse auctum. Restat adhuc scrupulus, quem *Gutherio* quispiam movere posset. Ille enim libro saepius laudato p. 599. affirmat, protectores, scholam palatinam, subfuisse magistro officiorum, et tamen p. 423. subiicit praefecto praetorio, sed bene res se habet: hic enim non loquitur de scholis protectorum, sed aliis militibus, protectorum nomine obviis, nec sibi ipsi repugnat.

Adderem nonnulla de armis, quorum *Valesius* ad Marcell. L. XVI. p. 117. ex Procopio, Synesio, et Agathia meminit, et *Gutherius* de offic. dom. aug. L. III. c. 10. p. 601., atque annona eorum, si paginae angustia, limitesque constituti id permetterent, hoc tamen non prorsus filebo, singulas scholas palatii *medici* singularis opera usas esse, quod uberius explicat *Valesius* ad Marcellini L. XVI. p. 64. ubi *Dorus* quidam ex *medico* sicut ariorum occurrit. Annonam scholaribus assignatam explicat *Cuiacius* Opp. T. III. p. 483. et *Gutherius* l. c. p. 380.



IV.
DE ROMANORVM CVRIA. 1)

Dum ego nuper *Ouidii* praestantissimum *Metamorphoseos* opus iterum euoluerem, in-
cidi in narrationem de *Lycaone* tyranno, quae,
mea quidem sententia, omnino aliquid de re-
publica Romana continet, praecipue uidebar
mihi in ea descriptionem curiae cuiusdam inue-
nisse, dum poeta *Pelignis* nutritus aquis canit
Metam. I. v. 170. seqq.

*Hac iter est Iuperis ad magni tecta tonantis
Regalemque domum, dextra laeuaque deorum
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis,
Plebs habitant diuersa locis, a fronte potentes
Coelicolae, clarique suos posuere penates.
Hic locus est, quem si uerbis audacia detur,
Haud timeam magni dixisse palatia coeli.
Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu
Celsior ipse (sc. Iupiter) loco sceptroque innixus a)
eburno etc.*

Pars Posterior. **F** quod

- 1) De Romanorum curia egerunt etiam *David Funceius* in
breuiario historico politico, Vratislaviae 1619. 8. et quidem
in appendice. *Gregorius*, decus Lycei Laubanensis in progr.
de curia sanctitatis templo ad locum Ciceronis pro Milone
c. 33. I. H. a *Seelen* progr. I — X. selectis obseruationibus
de curiis ueteris aequae ac recentioris aevi, nec non *Vir S. V.*
Ge. Sigism. Greenius in comment. de curia templo.
- a) De hoc scipione consulari v. *Lipf.* de mag. pop. rom. c. 8.
et *Seruius Scholiastes* ad *Virgil. Aen. XI. v. 238.* edit. *Taub-*
manu. p. 973.

quod ansam mihi praebuit curatius perpendendi, quales Romanorum quondam curiae fuerint, quas meditationes qualescunque in hunc exigui ingenioli foetum congesti.

Quo igitur omnia iusto fiant ordine, primo, quod felix faustum fortunatumque sit, considerabimus uocem *curiae*, atque uarios ²⁾ eius significatus euoluemus. Quatuor admittit uocabulum notiones, et quidem prima omnium Romuli tempestate fuit inuenta. Ille enim, quem condito-

rem

2) Curia etiam tropice usurpatur de templo Capitolino et diis ibi congregatis quasi in unum. Sic adhibuit uocem *Tertullianus* apologet. c. 6: *Serapidem et Isidem et Harpocratem cum suo Cynocephalo Capitolio prohibitos inferri, id est, curia deorum pulsos, Piso et Gabinius Coss. non utique christiani, caetera. Curia Septa, in qua populus ad creandos magistratus confluebat. Septorum nomen notum est, sed ea solus Propertius nominauit curiam L. IV, el. 4. u. 13. seq.*

— — — ubi nunc est curia septa

bellicus ex illo fonte bibebat equus.

Ea autem in loca, in quibus frequentia populi congregaretur, aqua deducta fuit; ita fons erat iuxta septa, meta fundans iuxta amphitheatrum, riuus iuxta circum, (vid. *Fabricii Roma* p. 142.) *Porticus septorum*, de qua Cicero ad Attic. L. III, et Plinius L. XVI, primum eae porticus exstructae a Lepido, dein a M. Agrippa exornatae fuerunt ambientes septa, in quibus populus magistratuum creandorum causa conueniebat. (Fabr. l. c. p. 157.) In *campum Martium* tribus uocabantur ad comitia, ut nouos magistratus crearent, in eo loco, quem comitiis dicatum *septa* uocabant, ornatum picturis et incrustationibus. (vid. Fabr. l. c. p. 78.)

rem Romanae reipublicae ferunt, in tres popul-
 um uniuersum dispartitus est partes seu *tribus*,
 (de quibus multa eleganter disputat Wilh. *Godolaeus* in *Liuium* p. 55 - 83.) quae iterum in decem
 abierunt partes, *curias* dictas, quas deinde per
centurias numerare fuit solitus, quo eo melius de-
 lectum militare possent habere, quod more
 suo, praeeunte *Liuius* I. 13. docte obseruauit in-
 signis philologus *Nieuport* expl. rit rom. p. 6. sqq.
 item *Noua Acerra philol. T. II. P. V. p. 742.* Ex
 quo nunc intelligere possumus, quid sint *comitia*
curiata, *uota curiata*, *lex curiata* atque *curialis*, de
 quibus in praesenti nihil dicere uolumus: uideas
 tamen *Petrum Nannium Alcm.* in *Scriuerii* *Republ. Romana* p. 231. sqq. *Altera* huic uocabulo
 respondens idea denotat locum, in quo quaelibet
 curia ex *Romuli* instituto *sacra* 2) sua legibus defi-

F 2

nita

- 3) *Curiones* triginta ex *Romuli* instituto a suis quisque *curiis*
 lecti sunt, qui *sacra* publica pro *curiis* suis curarent (*Dionys.*
Halicarn. II. c. 64.) fere ut hodie *parochos*, quos uo-
 cant apud *pontificios* aliosque, unde a curando *curiones*
 sunt dicti, (*Varro* de *L.L.V.* c. 6.) qui *Magistri curiae* *Plauto*
aulul. I. 2. 30.

Nam noster nostrae qui est magister curiae

Diuidere argenti dixit numos in uiros

dici uidentur; aedes uero, in quas *curiales* conueniebant,
 curia uocata est. Eligebatur quisque a suis *curiis*, sed
 omnibus praerat, qui *curio* maximus dicebatur, *curiatis*
comitiis creatus, cuius auctoritate ceteri regebantur. vid.

Nieuport rit. rom. antiqu. p. m. 181. Forte diuersi erant
diuifores

nita obiret rite. Cuncta haec fana in decima urbis regione, seu palatio olim existisse, et praeter curiam *curiam Foviensem*, *Raptam*, *Veliensem*, †) et *Velitiam*, quas *ueteres* dixerunt *curias*, sunt amplificata. Conf. ill. Heinecc. ant. rom. iur. ill. fynt. T. I. L. I. app. §. 64. atque Hederichii *Reales Schul-Lexic.* p. m. 1004. add. Popma de diff. verb. ed. Richt. p. 188. Varro ap. Fabricjum in Roma p. 141. Huc etiam pertinet *curia saliorum*, 4) cuius Cicero meminit Div. L. I. p. m. 357. *Qui quidem Romuli lituus, - - - cum situs esset in curia saliorum, quae est in palatio, eaque*

de-
diuifores a curionibus his. Diuifores enim erant, qui populo pecuniam uiritim diuidebant, singuli in sua tribu. Singulae enim tribus legitimos suos diuifores habuerunt, ut scribit *Asconius* in actione 2. in Verrem. Hi alio nomine *magistri curiarum* appellabantur, ut ex *Plauti aulularia* (l. 2. v. 30.) patet.

Vid. *Raeuard.* L. II. varior. c. 16. et *Budaeus* in poster. annotatt. in pandectas ap. *Freigium* in not. ad Ciceronis orat. T. II. p. 402. Confer et *Wilh. Godolacuum* ad *Liuii* L. LXXXIII. p. 331.

†) *Aedes deorum penatium in Velia de coelo tacta erat*, scribit *Liuius* L. XLV. 16. quae an fuerit in Curia hac, aut diuersum ab hac templum, uiderint qui antiquam Romam melius norunt.

4) *Salii* erant sacerdotes Martis, qui solemnibus ritu ancilia illa portabant. *Saliaria carmina*, quae canebant, exposuit nobis docte decus academiae Wittebergensis *Christoph. Ludov. Crellius*, singulari et erudito programme.

deflagrasset, inuentus est integer. Forte et Calabria^s) curia in horum numero erit habenda, de qua Macrobius refert Saturn. L. I, 15. Nam prisci temporibus, antequam fasti a Cn. Flauio scriba inuentis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori haec prouincia delegebatur, ut nouae lunae primum obseruaret aspectum, uisumque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio a rege et minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est, uocata in capitolium plebe iuxta curiam calabram, quae casae Romuli proxima erat, quot numero dies a calendis ad nonas superessent, pronuntiabat, et quintanas quidem dicto quinquies uerbo καλλῶ: septimanas uero septies repetito praedicabat. Hunc ergo diem, qui ex iis diebus, qui calarentur, primus esset, placuit calendās uocari. Hinc et

F 3

ipsi

5) Calabria curia olim a Romulo in ea Capitolina parte facta est, ubi nunc romani Senatoris domus est, obseruante Fabricio, in Roma p. 140. Hanc curiam Virgilius Aeneid. VIII. v. 654. dixit Romuleum culmum, quia Romulus inhabitabat hanc casam, stramineo tecto, uilem. vid. Hederichs Schul. Lexicon p. 2410. Vsum hunc et ostendit Saubertus de sacrific. c. 4. p. 75. proclamabantur feriae et sacrificia publica, denunciabanturque una cum mensium initiis et progressibus, conuocato populo a rege Sacrorum siue etiam pontifice minori et praetore in curia Calabria in palatino monte (conuesiebant enim sacerdotes in tribus curiis, Calabria, Romuli seu uetere, et Saliorum, quae auguribus dicata fuit, conf. Fabric. Rom. c. 13.) tali formula qualis est apud Arnobium: Lauatio deum matris est hodie, Iouis epulum cras est, Aesculapii geritur celebraturque uindemia, lectisternium Cerevis est Idibus, cetera. Adde nouam Aceram philolog. T. I, p. 205.

*ipſi curiae, ad quam uocabantur, nomen Calabriae datum eſt, et Claſſi, quod omnis in eam populus uocaretur. Haec ille. Imo et Faucia curia in hoc cenſu erit, de qua Liuius L. IX. 38. narrat: Papirius C. Iunium Bubulcum magiſtrum equitum dixit: atque ei legem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diſſidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus inſignis cladibus, captae urbis, et Caudinae pacis: quod utroque anno eiusdem curiae fuerat principium; Macer Licinius tertia etiam clade, quae ad Cremeram accepta eſt, abominandam eam curiam facit. Tertio locus, in quem ſenatores conuocantur, appellatur curia, qualis praecipue fuit Hoſtilia, de quibus poſt dicendi erit locus. Denique per metonymiam ipſe ampliffimus ſenatorum ordo hoc fortitur nomen, quod uaria romanorum ſcriptorum loca oſtendent clarius. Primas iure meritoque ducit Cicero Ep. ad diu. IV. 3. ad Sulpicium: *Tantum dicam, quod te ſpero approbaturum, me poſtea quam illi arti, cui ſtudueram, nihil eſſe loci neque in curia, neque in foro uiderem, omnem meam curam atque operam ad philoſophiam contuliſſe.* Et L. III. de Oratore p. m. 282. inquit: *Gravis eſt modus in ornatu orationis et ſaepe ſumendus; ex quo genere haec ſunt: Martem belli eſſe communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro uino, Neptunum pro mari, Curiam pro Senatu, 6) reliqua.* Horatius *carm. L. III. 5. v. 7.**

prob

6) Curia ſenatum ſignificat. Duplex autem eſt Senatus, antiquae Romae et Conſtantinopolitanae Romae, qui dicitur **maxi-**

proh curia inuersique mores
 exclamat. Suetonius in uita Caesaris c. 22. de
 illo commemorat: Quo gaudio elatus non tempera-
 uit, quin paucos post dies frequenti curia jactaret, inui-
 tis et gementibus aduersariis, adeptum se, quae concu-
 pisset. Et Lucanus aliquo loco canit:

Victo iure minax iactatis curia Gracchis.

Licet autem Romani solis sibi et curiae, fena-
 tus et aliarum dignitatum et honorum uoces pro-
 prias 7) esse uellent, subinde tamen factum est,

F 4

mu-

maximus l. ult. j. hoc. tit. In aliis ciuitatibus est curia, ergo
 et Senatus. Sed hic *minor* senatus dicitur, et qui in eum
 conscripti sunt consilii publici causa *curiales* seu decuriones,
 quodammodo senatores sunt, l. omnes iudices j. hoc tit.
 n. 38. Euagrius L. III. ἐκάσῃς πόλεως τὸς ἐν τοῖς βουλευτη-
 οῖς ἀπὲρ συλλήτε τινὸς ἐχίσῃς τὸ ἀριζομένῃς. *Majoria-*
nus in Nou. de curialibus. *Curiales*, inquit, *seruos* esse rei-
 publicae ac uiscera ciuitatum nullus ignorat, quorum coe-
 tum recte appellatum *minorem senatum*, ubi pro *seruos*, le-
 gendum *neruos*. Cassiodor. IX. non inaniter appellauit
minorem senatum, *neruos* quoque uocitans ac uiscera ciui-
 tatum. Intelligit autem Cassiodorus Nouellam illam Mai-
 oriani. Hic titulus non est in Basilicis, quod Leonis aucto-
 ritate Nou. 46. sublatis iam essent ordines decurionum. vid.
 Cuiacii Opp. T. III. p. 272.

7) *Decuriones* in municipiis Italiae inuenimus, in *Macedonia*
 autem οὐκ ἔστι, teste Liui L. XLV. c. 32. quod ad statum
 Macedoniae pertinebat, *senatores*, quos *synedros* uocant,
 legendos esse, quorum consilio respublica administraretur.
 Curia, quae in *Samo* insula erat, hemicyclum dicebatur, locus
 enim

municipales magistratus romana nomina etiam affectasse. conf Heinecc. l. c. T. II. p. m. 226.

Id uero, quod Romae curia dicebatur, Athenis, quod iis quoque, qui primis tantum labellis litteras attigerunt, notum perspectumque est, Πρυτανειον^s) uocabatur. Sigaei quoque municipes,

enim dictae insulae, in quo ciues *περὶ τῶν κοινῶν βυλεύοντες* dicebatur ὑμικονδιον, vid. *Belii* diff. de delectu ingenior. Pythagor. c. l. (e)

8) Graeci hunc sanctum locum Πρυτανειον appellarunt. Sic statua bonae fortunae (*ἀγαθῆς τύχης*) ante prytaneum Atheniensium erat conspicua. uid. *Aelianus* Var. hist. L. IX. c. 39. Eandem denominationem seruabant *Corinthi, Tarenti, Eleis*, nobilibus Graecorum municipiis, uid. *noua Acerra philol.* Hall. T. I. p. 498. Et *Liuius* de Rhodiis narrat L. XXXXII. c. 45. : *Quadragesima nauibus, auctore Hegefilocho, comparatis; qui cum in summo magistratu esset, PRYTANIN ipse* (sc. Rhodii, uocant, multis rationibus perucerat Rhodios, reliqua. Et *Pindarus* hac uoce tropice utitur quibusdam in locis. In *Pyth.* c. II. antistr. 7. uocat *Hieronem* tyrannum Syracusanum Πρυτανίη, qui utrum postea rex sit factus, uidelicet *Er. Schmidii* comm. in *Pyth.* p. 89. 95. *Pindarus* autem loquitur de *Vesta Nemeor.* carm. XI. (12) stroph. a :

Πατρίας, ἄγε, Πρυτανεία λελογχῆ, Εστία,
Ζηνος ὑψίστου κασιγνήτα καὶ ὁμοθρόνου Ἥρας.

i. e. Filia Rheae, quae prytanea consecuta es, *Vesta*,
Iouis altissimi toror et throni - sociae Iunonis.

conf. *Schmidius* comment. l. c. p. 260. Et idem *Pyth.* Od.
VI. stroph. β. dicit Iouem; *σεροπᾶν κεραιῶν τε Πρύτανιν.*

Et

pēs, agri Troienſis, itidem habuerunt pryta-
neum, quod teſtatur *Chisbull Anglus*, qui inſcri-
ptionem quandam *Βυτροφιδον* ex Aſia attulit,
quam legere poteris in *Gramm. March. gr. plen.*
p. 145. ſqq. Alii contra Graeci *βουλευτηριον* dix-
erunt, quod de Syracuſanis affirmat Cicero orat.
7. in *Verr. L. II. p. m. 132.* Deinde ut in *cu-*
ria

Et *Wilb. Godolaeus* in *annot. ad L. XLI. p. 364.* inquit:
Prytaneum proprie dicebatur, quod in ea triticam ſeuare-
tur, quod Graeci *πυρὸν* dicunt, quaſi *πυρὸ ταμειον*: auctor
eſt Plutarchus, Cimonem Athenienſem liberalitate ani-
mi domum ſuam feciſſe *πρυτανειον κοιτον*. vid. *Coe-*
lium L. XIII. c. 32. conf. etiam *Meliſſantis (Gregorii)*
Græc. Antiquit. Pl. p. 83. et *Iob. Frid. Bertram.* in hiſto-
ria ſua litteraria. *Theophrastus* in *charact. ſuis eth. n. 21.*
περὶ φιλοτημίας deſcribit quosdam labores prythaneorum,
dum inquit: *ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυ-*
τάνων ὅπως ἀπαγγέλλῃ τῇ δήμῳ τὰ ἱερά, καὶ παρασκευασά-
μένος λαμπρὸν ἱμάτιον, καὶ ἐξεφαναμένος περιθῶν εἰπεῖν
ὁ ἄνδρες ἀθηναῖοι ἐθύομεν αἱ πρυτάνεις τὰ ἱερά τῇ μητρὶ
τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλά, καὶ ὑμεῖς ἐδέχεσθαι τὰ αγαθὰ.
(καὶ ταῦτα ἀπαγγέλλας, ἀπιὼν διηγῆσασθαι ὅκαθε τῇ
ἑαυτῆ ζυναικὶ ὡς κατ' ὑπερβολὴν ἐνημερεῖ. h. c. Sane
etiam, quae pertinent ad curam magistratus, quos pryta-
neos uocant, ipſe diligenter curare ſolet, quo poſſit, ubi
litatus fuerit, rem populo renunciare. Itaque candidatus
et coronatus in concionem prodit, et inſit: Nos prythanei,
o Athenienſes, matri deum ſacra rite fecimus; et litauimus;
Vos igitur omnia fauſta expectate. (His ita renunciatis,
domum reuertitur, deinde uxori narrat, ſibi proſpere ſu-
pra modum res ſuccedere.)

via Syracusis, 9) quem locum illi *buleuterium* uocant, honestissimo loco, rel.

Originem uocis si consideras, non descendit illa a cruore in iis effuso, ut quispiam falso docet in theologi magni omnino nominis Sam. Schelvvigii *Prüf. des Pabstthums*, p. 739. sed potius a *cura*, 10) seu curare, quam originationem omnes lubenter amplectuntur. vid. Becmanni orig. lat. linguae. p. 369.

Iam transibimus ad reliqua atque recensēbimus *curias*, si non cunctas, saltem quasdam, praecipuis vero *Hostiliam*, 11) *Druji*, *Pompeianam* atque *Iuliam*.

9) De modo sententias apud Syracusanos colligendi, v. *Cicero* in *Verr. orat.* VIII. L. III. p. 256., deque curia Achradina Syracusis quondam celebri, vid. *Liuius* L. XXIV, c. 22. Vocabula uero *βυλη* atque *βουλευτηριον* in oppidis a Graecis conditis erant frequentia. Hinc *Plinius* etiam *Epp. L. X. 40.* Bythinae praefectus de *buleutiis* Nicaensibus a Traiano benefico additis loquitur; Et *L. X. 113.* docet nos, *bulen*, huc ordinem decurionum, Censoribus aequae ac romanos senatores fuisse subordinatum, et subiectum. vid. *Rittershusius* in *Plinii L. X. p. 178, 427, et 437.*

10) *Varro* L. II. de uita pop. romani: propter curam locum quoque, quo suam quisque domum senator confert, *curiam* appellat. vid. Becmanni orig. lat. ling. p. 287.

11) Duae erant *Hostilii curiae*, una ubi ante fuerat curia Romuli, quae ab *Hostilio* renouata et amplior reddita est; altera in monte Coelio, ubi nunc *S. Iohannis Pauli templum*, quod ex iis ruinis aedificatum. Nam fornicis colapsi ante templi introitum fundamenta in coenobio et orto extant. Iuxta etiam in uineta grandia et speciosa mar-

11012

Iuliam. Hostiliae ortum ita testis prae multis locuples Livius I. 30. describit: Coelius additur urbi mons, et quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullus regiae capit, ibique deinde habitavit. Principes Albanorum in patres, ut ea quoque pars reipublicae cresceret, legit Iulios, Serutlios, Quintios, Geganos, Curiatios, Cloelios; templum ordini a se aucto curiam fecit, quae Hostilia usque ad patrum nostrorum aetatem appellata est. Fata tamen et hic inuenere uiam euertendi sedem Tulli Hostilii. Sextus enim Clodius cadauer Clodii a Milone ad Bouillas occisi portauerat in hanc curiam, ignem ple-
bis,

mora effodiuntur. (vid. Fabricii Roma p. 141.) S. Ioannis Pauli in Coelio, ubi olim altera curia Hostilia. (vid. Fabricius l. c. p. 235.) Nec haec incruenta fuit: *Damaspus praetor Domitium Scaeuolam, etiam pontificem maximum et diuini humanique iuris auctorem celeberrimum et C. Carbonem praetorium, consulis fratrem, et Antistium aeditium, uelut fauentes Sullae partibus, in curia Hostilia trucidauit. Velleius L. II. c. 26.*

Romuli seu curia uetus iuxta forum romanum, ubi nunc collapsum templum pacis est. Hanc alii non recte ponunt in Carinis. Aug. Caesarem, scribit Seruius, natum curiis ueteribus et nutritum Lantis Carinis. *Plautus de iisdem uidetur sentire in Curcul.*

Sub ueteribus ibi sunt, qui dant, quique accipiunt foenore. Ouidius curiam priscam appellat Fast. L. IV.

ante tuas itidem curia prisca fores.

M. Crassum oratorem causas sub ueteribus egisse scribit *Plinius L. XXXV.* (vid. Fabricii Roma p. 140.) add. *Wilh. Godolaeum in Liniu p. 41.*

bis, a Lucio Munatio Planco Bursa Trib. pleb.
 incitatae, (vid. de hac re Ciceronem Philipp.
 Orat. VI. et XIII. Epp. famil. VII. 2. Dionem
 L. XL.) quem Cicero pro Mil. c. 5. ambustum
 uocat, auxilio subselliis subiecerat, sicque cu-
 riam antiquissimam incendio consumserat, qua
 de re Cicero pro Milone c. 33. *qui mortuus, inquit,
 uno ex suis satellitibus S. Clodio duce, curiam (hosti-
 liam) incenderit? Quo quid miserius, quid acerbius,
 quid luctuosius uidimus? Templum sanctitatis, amplitu-
 dinis, mentis, consilii publici, caput urbis, aram socio-
 rum, portum omnium gentium, sedem ab uniuerso po-
 pulo R. concessam uni ordini, inflammari, excindi,
 funestari? neque id fieri a multitudine imperita, quan-
 quam esset miserum id ipsum, sed ab uno: qui cum
 tantum sit ausus uxor pro mortuo, quid signifer pro uiuo
 non esset ausus? in curiam potissimum accepit, ut eam
 mortuus incenderet, quam uiuus euerterat.* Qua de re
 Pompeius cognomento magnus, Ciceroni ami-
 cissimus postea legem tulit, ut ex Sigonio refert
 Heineccius ant. P. II. p. 392. Ornatam fuisse di-
 cunt rostris (quae a Diodoro L. XII. indicantur
 τοῖς πρὸ τῆ βουλευτηρίας τότε κειμένοις ἐμβόλοις.
 vid. Cuiacii Opp. T. II. p. 86.) arena tot clarissi-
 morum oratorum, de quibus *Liuius* narrat L. VIII.
 14. *Naues Antiatum, partim in naualia Romae sub-
 ductae, partim incensae, rostrisque earum suggestum, in
 foro exstructum, adornari placuit: rostraque id tem-
 plum appellatum.* Forte et huc pertinet, quod
Liuius idem L. VIII. 40. docet: *Dictator ex se-
 natus*

natus consulto triumphauit; cuius triumpho longe maximam speciem captiua (a Samnitibus) arma prae-
 buere. Tantum magnificentiae uisum in iis, ut aurata
 scuta dominis argentariorum ad forum ornandum di-
 uiderentur. Inde natum initium dicitur fori ornandi ab
 aedilibus, quum thesae ducerentur. Tale quid Ro-
 mani in Caesare reprehendere mihi uidentur. Sic enim Suetonius in I. Caes. uita c. 76. inquit:
 Praegravant tamen cetera facta, dictaque eius, ut et
 abusus dominatione, et iure caesus existimetur. Non
 enim honores - - sed et ampliora etiam humano fasti-
 gio decerni sibi passus est: sedem auream in curia (pro-
 cul dubio Pompeiana, in qua etiam fuit occisus,
 ut mox e Cicerone audiemus) et pro tribunali, thes-
 sam, et ferculum Circensi pompa, rel. Hinc quoque
 Cicero de Orat. L. I. p. m. 190. meminit actionum
 Hostilianarum, dum ait: Et credo in illa militis causa,
 si tu aut haeredem, aut militem defendisses, ad hostilia-
 nas te actiones, non ad tuam uim et oratoriam faculta-
 tem contulisses. Hostiliam excepit Pompeiana,
 quam Cn. Pompeius M. nobilissimus quondam
 Romanus, exstruendam curauit, cum Hostilia
 rogos fuisset facta turbulenti illius Clodii. Haec
 ipsa autem sanguine maduit, nouamque materiam
 belli ciuilis obtulit; Caesaris enim morte fuit no-
 bilitata. Cicero hinc de diuin. L. II. p. m. 384. in-
 quit: Quid uero Caesarem putamus? si diuinasset fo-
 re, ut in eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptas-
 set, in curia Pompeiana, ante ipsius Pompeii simula-
 crum, tot centurionibus suis inspectantibus, a nobilissi-
 mis

mis ciuibus, partim etiam ab se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita iaceret, ut ad eius corpus non modo amicorum, sed ne seruorum quidem quisquam accederet. Conferas similia enarrantem Suetonium in uita Caesaris c. 80. fqq. Dein c. 88. scribit: Curiam in qua occisus est, ¹²⁾ obstrui placuit: Idusque Martias parricidium nominari, ac ne unquam eo die senatus ageretur. Idem in uita Oct. Aug. c. 31. Pompeii quoque statuam contra theatri eius regiam marmoreo Iano supposuit, translata e curia, in qua Caesar fuerit occisus. Dum uero Caesar adhuc uiueret, curiam quoque exstruxit, qua splendorem urbis augeret: Huius etiam memoria extat: Senatus enim Romanus, caede Caligulae perpetrata, in afferenda libertate adeo consensit, ut consules non primo in curiam, quia Iulia uocabatur, sed in capitolium conuocarent. Sueton. in uita Calig. c. 60. Quae, ut reor quidem,

12) De hac caede Caesaris inquit Suetonius in uita I. Caes. c. 81. Pridie autem easdem Idus, auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianae curiae se inferentem, uolucres uarii generis ex proximo nemore persecutae, ibidem discerpserunt. Ouidius quoque in *Metam.* L. XV. v. 802. meminit, dum canit ita:

Ad facinus, diramque placet nisi curia caedem.

Caedem ipsam describit Florus L. IV. c. 2: Libellus etiam Caesari datus eodem die, nec perlitare centum uictimis poterat: uenit in curiam tamen, expeditionem partibicam meditans. Ibi in curuli sedentem eum Senatus inuasit, tribusque uiginti uulneribus ad terram datus est, sic ille, qui terrarum orbem ciuili sanguine impleuerat, tandem ipse sanguine suo curiam impleuit.

dem, fori nomine uenit Suet. Caes. c. 26: *Forum de manubiis incoauit, cuius area super LLS. millies constitit*; aut *basilica Iulia* (Quintil. Instit. XII. 5.) seu *Iulia tecta* audit apud *Martialem* Epigr. VI. 38.

*Iam clamor centumque uiri densumque coronae
Vulgus, et infanti Iulia Tecta placent.*

licet *Fabricius* in *Roma* p. 142. credat, curiam *Iuliam* a *Suetonio* laudatam, de *Pompeiana*, in qua *Caesar* fuerat occisus, intelligendam esse. *Pertinet* huc procul dubio et *Statius* *Sylu.* L. I. 2. v. 31:

Ad laterum passus hinc Iulia templa tuentur.

Occurrit praeterea *Drusi curia*, cuius mentionem iniecit *Tullius de Orat.* L. III. init. p. m. 256: *Mane*, inquit, *Idibus Septembris* et ille et *senatus frequens uocatus Drusi in curiam uenit*. In templis quoque *Senatum* fuisse habitum, compertum habemus. *Vulcani* fanum ante exstructam curiam *Hostilium* senatorum concilio destinatum quondam, obseruauit ill. *Heinecc. antiq. rom.* P. I. p. m. 86. ex *Plutarcho*.

Capitolium quoque *republica libera* fenaculum esse coepit; hinc *Liuius* III. 21. narrat: *Senatus in Capitolio erat*. Et L. VIII. 5. inquit: *Vbi Romam uentum est, in Capitolio ei* (legato *Latinorum*) *senatus datus est*, quod procul dubio in aede *Capitolini Iouis* factum; sic enim *T. Manlius* consul l. d. inquit: *Audi, Iupiter, haec scelera, audite*

*site iusque fasque! Peregrinos consules et peregrinum
 senatum, in tuo, Iupiter, augarato templo, rel. et c. 6.
 l. c. Torquatus exclamat: Es magne Iupiter! haud
 frustra te patrem Deum hominumque hac sede sacraui-
 mus. Et Legatus Latinus L. VIII. c. 4. inquit:
 Si quem hoc dicere metus prohibet, en ego ipse, au-
 diente non populo romano modo senatuque, sed Ioue ipso,
 qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum, reliqua.
 Et alibi L. XXIII c. 31. Livi^{us} refert: Senatus, quo
 die primum est in Capitolio consultus, decreuit, ut, quo
 eo anno duplex tributum imperaretur, reliqua. Nec
 non L. XXXII. c. 8. Sex. Aelius Paetus, T. Quinti-
 us Flaminius consules magistratu inito senatum in Ca-
 pitolio cum habuissent, decreuerunt, reliqua. Et Ci-
 cero pro leg. agrar. Iam omnis omnium tolletur er-
 ror; iam aperte ostendent, sibi nomen huius reipublicae,
 sedem Urbis et Imperii, denique hoc templum Iouis O. M.
 atque hanc arcem omnium gentium displicere. Porro
 Cicero inquit in Orat. pro Sulla: Cum in Capito-
 lium nos senatum convocassimus. Idem Tullius in quaest.
 academ. L. II. f. Lucullo narrat: Cum Diogenes
 et Carneades ad senatum in Capitolio starent. Livi^{us}
 noster lacteus, ubi de operibus publicis Censo-
 rum loquitur L. XLI. c. 32. inquit: Et porticum in
 Capitolium ad senaculum, ac super id curiam. Iouis
 statoris templum in Palatina regione huic usui
 nonnunquam destinabatur, cuius rei praecipua
 fit mentio in tumultu Catilinario. Producemus
 testem M. Tullium, uigilantissimum consulem sic
 differentem orat. Catil. I. c. 5. Magna diis immor-
 talibus*

talibus habenda est gratia, atque huic ipsi Ioui statuari, antiquissimo custodi huius urbis; et l. c. c. 3. iam mihi consuli hoc ipso in templo iure optimo senatus uim et manus intulisset. Catil. II. c. 6. Senatam in aedem Iouis statoris uocauit, rem omnem ad patres conscriptos detuli. Idem tumultus et templum Concordiae senaculum fecit clarum. In hac aede, cuius dedicationem describit Liuius L. VIII. 46. Cicero patres C. S. conuocauit, Catilina eiecto ex urbe. Illud uero, inquit Catil. III. c. 9. nonne ita praesens est, ut nutu Iouis optimi maximi factum esse uideatur, ut cum hodierno die mane per forum meo iussu et coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur? quo collocato et ad uos senatumque conuerso, omnia et senatus, et uos, quae erant cogitata contra salutem omnium, illustrata et patefacta uidistis. id quod etiam testatur Sallustius in bell. Catil. p. 25. Consul Lentulum, quod praetor erat, ipse manu tenens in senatum perducit, reliquos cum custodibus in aedem Concordiae uenire iubet, eo senatum aduocat, magnaue frequentia eius ordinis Vulturium cum legatis introducit. add. Cicer. orat. in Catilin. IV. p. m. 344. T. II. edit. Freigii: pleni omnes aditus huius loci et templi. Nec non memorandum est, quod Cicero ait orat. pro domo p. m. 570. Concursum est ad templum Concordiae factum, senatum illic uocante Metello consule: utrum uero id, quod postea l. c. p. m. 597. 598. de signo concordiae refert, ad hanc pertineat aedem.

Pars Posterior. aedem,

aedem, ¹³⁾ dubius sum. Signum uero Victoriae in ea asseruatum fuisse affirmat Heder. *Real. Schul. Lexic.* p. 904. quod Liuii autoritas probat, in quo L. XXVI. 23. *In aede Concordiae Victoria, quae in culmine erat, fulmine icta, decussaque ad Victorias, quae in antefixis erant, haesit; nec inde procidit: quod forte idem erit, de quo narrat Sueton. in Aug. c. 100. ut inter alia complura censerint quidam funus triumphali porta ducendum, praecedente Victoria, quae est in curia. Bellonae aedes extra urbem erat, in qua et bella decreta, et hostium legatos exceptos, et de triumphis consultatum*

13) Illud uero teterrimum auditu, non modo adspectu in cella Concordiae collocari armatos, latrones, sicarios: e templo carcerem fieri: apertis ualuis Concordiae, cum inter subsellia senatus uersarentur latrones, patres conscriptos sententias dicere. *Cicero Philipp. V. p. m. 873.* Et *Festus* uetus scholiastes inquit: *Senacula tria fuisse Romae, in quibus senatus haberi solitus sit, memoriae prodidit Nicostratus. Vnum, ubi nunc est aedes Concordiae, inter capitolium et forum, in quo solebant magistratus D. T. cum senioribus deliberare: alterum ad portam Capenam; tertium intra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, senatus dabatur. Et Lampridius apud Fabricium in Roma p. 139. Concordiae templum eodem curiae nomine appellat. Verba uero simul Ciceronis ex orat. pro domo p. m. 597. dabo: Qu. Marcius censor signum concordiae fecerat, idque in publico collocarat, hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium uersum consuluit, num quid causae uideretur, quin id signum curiamque Concordiae dedicaret.*

tatum esse nouimus. 14) Grauem habemus testem, lacteum Tit. Liuium, cuius uerba L. XXVI. 21 hic habes: *Eiusdem aestatis exitu M. Marcellus ex Sicilia prouincia quum ad urbem uenisset, a C. Calpurnio praetore senatus ei ad aedem Bellonae datus est. - - postulauit, ut triumphanti urbem inire liceret.* conf. Liu. XXVIII. 9. §. 5. et c. 28. §. 2. Audiamus eum et L. XXX. 21.: *Quintus Fuluius Gillo, legatus Scipionis, Carthaginieus Romam adduxit, quibus uetitis ingredi urbem, hospitium in uilla publica, senatus ad aedem Bellonae datus est. et c. 22. appellat templum curiam: conclamatum, iniquiens, ex omni parte curiae est, et c. 23. emotis deinde curia legatis, sententiae interrogari coeptae.* De Macedonum legatis audi Liuium XXXIII. 24. Plura habemus loca, ubi Bellonae

G 2

tem-

14) Fuit et aliud templum extra urbem, ubi peregrinos auerunt legatos Romani, scilicet *Apollinis*, cuius uotum et dedicationem nos docet *Liuius* L. IV. c. 25. et 29. V. c. 13. VII. c. 20. Hic uero exceptos legatos idem nobis monstrabit. En L. XXXIV. c. 43. inquit: *His (legatis Nabidis tyranni) extra urbem in aede Apollinis senatus datus est.* Porro L. XXXIX. c. 4. *Itaque ad aedem Apollinis in senatu, cum de rebus in Aetolia Cephalleniaque abs se gestis differuisset (Fuluius proconsul) petiit a patribus, ut aequum censerent, ob rempubl. bene ac feliciter gestam, et diis immortalibus honorem haberi iubere, et sibi triumphum decernere.* Nec non L. XLI. c. 21. *Senatus in aede Apollinis legatorum (Sardorum) uerbis auditis, supplicationem in biduum decreuit, et quadraginta maioribus hostiis consules sacrificare iussit.* En templum *Apollinis* eiusdem iuris atque usus ac *Bellonae!*

templum concilium patrum conscriptorum capiebat. *Liuius* L. XXVIII. c. 38. inquit: *Et Senatu* (Scipioni in Hispania redeunti) *extra urbem dato, in aede Bellonae, quas res in Hispania gessisset, disse-*ruit, reliqua. Idem L. XXXI. c. 47. *L. Furius* simul quod in Etruria nil erat rei, quod gereret, simul Gallico imminens triumpho, quem, absente consule irato atque inuidente, facilius impetrari posse ratus, Romam inopinato quum uenisset, senatum in aede Bellonae habuit, expositisque rebus gestis, ut triumphanti sibi in urbem inuehi liceret, expetit. Nec non L. XXXIII. c. 22. narrat: *Sub idem tempus consules Romam uenerunt, quibus in aede Bellonae senatum habentibus postulanti-*busque triumphum ob res prospere bello gestas *C. ATINIVS* Labeo et *C. Vrsanius* trib. plebis, ut separatim de triumpho agerent consulares, postularunt. Porro inquit L. XXXIX. 29. *L. Manilius* proconsul ex Hispania redierat, cui postulanti ab senatu in aede Bellonae triumphum rerum gestarum magnitudo impetrabilem faciebat. Denique L. XLII. c. 21. Priusquam proficiscerentur consules *C. Cicereio* praetori prioris anni ad aedem Bellonae senatus datus est. Is expositis, quas, in Corsica res gessisset, postulatoque frustra triumpho, in monte Albano, quod iam in morem uenerat, ut sine publica auctoritate fieret, triumphauit. De exteris legatis loquitur *Lucanus Pharsalic.* L. V. v. 10.

- - - secretaque rerum

hospes in externis audiuit curia tectis.

-I. Caes. Dictator, summae rerum romanarum potitus

titus, aede *Veneris genetricis* usus est, quod ex Suetonio in *Caes.* c. 78. colligimus: *Adeuntes se cum pluribus honorificentissimis decretis, uniuersos P. C. sedens pro aede Veneris genetricis excepit.* Et alia templa fuere senacula sancta. Sic de Saturni aede scribit *Macrobius Saturnal. L. I. c. 8.*: *habet aram, et ante senaculum, illic graeco ritu capite aperto res diuina fit, cetera. HERCVLIS* fanum eodem gaudebat honore. Audiamus *Senecam* in ἀποκρολογυ- τωσει p. m. 677. ubi *Claudium Imperatorem* sic alloquentem sistit: *Ego, te, fortissime deorum, Hercules, - - nam si memoria repetis, ego eram, qui ante templum tuum ius dicebam totis diebus, mense Iulio et Augusto - - - sed quoniam uolo, non mirum, quod impetum in curiam fecisti, nil tibi clausi est.* *Octavius uero Augustus* duobus templis senaculorum loco habendis exornauit urbem, et quidem *Martis Ultoris* et *Apollinis* ab *Horatio* *carm. fec. v. 65.* palatinas arces dicto, de quibus iam *Suetonium* audiamus in *Aug. c. 29.* *Publica opera plurima exstruxit; ex quibus uel praecipua forum cum aede Martis ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Iouis tonantis in Capitolio. Fori exstruendi* ¹⁵⁾ *causa fuit hominum et iudiciorum multitudo, quae uidebantur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, nec dum perfecta Martis aede,*

G 3

publi-

15) *Macrobius Saturn. L. II. c. 4.* inter iocos ludentis *Augusti* refert: *Cum multi Seuero Cassio accusante absoluerentur et Architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita iocatus est; uellem Cassus et meum forum accuset!*

publicatum est cautumque, ut separatim in eo publica iudicia et sortitiones iudicum fierent. Aedem Marti bello Philippiensi pro ultione paterna suscepto uouerat. Saucit ergo, ut de bellis triumphisque heic consuleretur senatus: ¹⁶⁾ prouincias cum imperio petituri hinc deducerentur: quique uictores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitauit, quam fulmine ictam desiderari a Deo haruspices pronunciarunt. Addita porticus ¹⁷⁾ cum

16) His ex uerbis Suetonius ipse lucem accipit, qui uita Calig. c. 44. inquit: quasi uniuersa tradita insula, magnificas Romanam litteras misit: monitis saepe latoribus, ut uehiculo ad forum usque et curiam pertenderent, nec nisi in aede Martis, ac frequente senatu Coss. traderent. De hoc Martis ultoris templo et foro loquitur Martialis Epigr. VII, 50. v. 4. Vitoris prima Martis in aede sedet.

17) Hanc porticum describit Propertius L. II, el. 31. quam totam apponemus.

Quaeris cur ueniam tibi tardior? aurea Phoebi
Porticus a magno Caesare aperta fuit.
Tantum erat in speciem Poenis digesta columnis,
Inter quas Danaï femina turba senis.
Hic equidem Phoebos uisus mihi pulchrior ipso,
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.
Atque aram circum steterant armenta Myronis
Quattuor artificis uiuida signa, boues,
Tum medium claro surgebat marmore templum,
Et patria Phoebos carius Ortygia.
Auro solis erat super fastigia currus
Et ualua Libyci nobile dentis opus.
Alter a delectos Parnassi uertice Gallos
Alter a moerebat funera Tantalidos.

Deinde

eam bibliotheca latina graecaque, quo loco iam senior saepe etiam senatum habuit, decuriasque iudicum recognouit. Nec senatus nisi augurato¹⁸⁾ atque sancto loco poterat haberi, quapropter non solum templa (quod etiam in prouinciis obseruatum fuit. vid. Heinecc. ant. iur. rom. T. I. p. 374.) fenacula fuere, sed etiam curiae per augures sunt consecratae,

*Deinde inter matrem, Deus ipse, interque sororem
Pythius in longa carmine ueste sonat.*

Adde Ouidium Trist. L. III.

*Inde timore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa dei.
Signa peregrinis ubi stant alterna columnis
Belides et stricto barbarus ense pater.
Quaeque uiri docto ueteres fecere novique
Pectore, lecturis inspicienda patent.*

De hac alibi et Ouidius canit de Ponto L. III. l. v. 143. sq.

*Curia cum patribus fuerit stipata uerendis,
Per rerum turbam tu quoque oportet eas.*

Quia uero tam curia, quam basilicae, templa, porticus et quaeuis opera publica patebant senatui, ideo quam *curiam Octauiae* Appianus, hanc *basilicam* Asconius nominat, (vid. Fabricii Roma p. 142.) quam iuxta porticum Octauiam fuisse autumat, et cum basilica Marcelli eandem habet, (vid. Fabricius l. c. p. 142. 144. 154.)

- 18) Gellius XIII. 7. Tum adscripsit de locis, in quibus senatusconsultum fieri iure posset; docuitque confirmauitque, nisi in loco per augures constituto, quod *templum* appellaretur, senatusconsultum factum esset, iustum id non fuisse. Propterea et in curia *Hospitalia*, et in *Pompeia*, et post in *Iulia*, cum profana ea loca fuissent, templa esse per augures constituta, ut in iis senatusconsulta more maiorum iusta fieri possent.

cratae, ut annotauit *Andr. Dom. Floccus* de potest. L. II. c. 1. et *Georgius Vauchopius* §. 16. adeo, ut non nisi A. V. C. 299. et 310. dum plebs secessionem minaretur atque seditiones ageret, intra parietes priuatos coetum patrum habuisse consules idem *Vauchopius* l. c. tradat. Hoc in memoriam mihi reuocat uerba *Liuii* L. XXVI. 10. *Consules senatusque in castra uenerunt, ibi de summa republica consultatum, quod forte in praetorio, loco sacro factum.*

Curiam ingressi litare Diis solebant, cuius rei *Iul. Caesar* negligentior sacrificium omisit, referente *Suetonio Caes.* c. 81. *Dein pluribus hostiis caesis, cum litare non posset, introiit curiam, spreta religione.* *Augustus* id edicto sanxit, quo autem lecti, inquit *Suetonius Aug.* c. 35. *probatique, et religiosus et minore molestia senatoria munera fungerentur, sanxit, ut priusquam consideret quisquam thure ac mero supplicaret apud aram eius dei, in cuius templo coi-retur.* Et *Tiberius*, quo primum die, post excessum *Augusti* curiam intrauit, quasi pietati simul ac religioni satisfactorius, *Minois* exemplo, thure quidem ac uino, uerum sine tibicine, *) supplicauit: ut ille olim in morte filii. *Suetonius* in *Tib.* c. 70. Qua in re imitatores *Iosaphati* esse uoluerunt, qui iudices admonuit quondam, se Deo iudicia exercere. 1. *Chron.* XVIII. 6. conf. interim *Wagneri* diff. de aris in curiis et pro tribunali apud Rom. positis.

*) Hic ab *Ammiano Marcellino* tibicen appellatur, De tibicinibus uero conf. *Liuium* L. VIII: c. 30.

fitis. L. 1732. vid. Leipz. Disput. Musgruge 1738. P. II. p. 188. Iusto itaque et frequenti senatu, quo senatores, ut in P. Scriuerii *rep. romana* legisse credo, nisi me Athenaeus a Lipsio de mag. pop. rom. c. 12. laudatus in errorem induxit, candido marmore insidebant, consul referebat, ac prius quidem de diuinis, quam humanis (Vauchopius de vet. pop. rom. §. 21.) cuius rei formulam solemnem legas in Heineccii ant. iur. rom. T. I. p. 87. Consideremus nunc res in conciliis senatorum obuias. Religiones et prodigia se primo nobis offerunt, de quibus Liuius L. XXII. 1. *His (prodigiis) sicut erant nunciata, expositis, auctoribusque in curiam introductis, consul de religione patres consuluit. Decretum, ut ea prodigia partim maioribus hostiis, partim lactentibus procurarentur, et uti supplicatio per triduum ad omnia puluinaria haberetur.* Dein Senatus consulta seu leges in iis sunt factae, hinc senatus consultum de edicto perpetuo praetorum vid. Heinecc. ant. rom. T. I. p. 58. eoque frequentiora erant, cum Caesares populo facultatem leges ferendi eriperent, et *comitia* †) in curiam transferrent. vid. Heinecc. l. c. p. 83. et T. II. p. 409. Literae quoque uictoriam nunciantes legebantur, quare scribit Liuius de Nerone Hasdrubalem uincente L. XXVII. 50. *uociferantibus,*

G 5

ut

†) Non quasi hic populus conuenerit, sed quia illa, quae alias populi ex sententia iudicabantur, a folis P. C. iure uel sibi sumto, uel principum auctoritate tributo, tamquam competentibus iudicibus iudicarentur.

ut in rostris, priusquam in senatu litterae recitarentur. Tandem summoti et coerciti a magistratibus dispensarique laetitia inter impotentes eius animos potuit. In senatu primum, dein in concione litterae recitatae sunt; et pro cuiusque ingenio aliis iam certum gaudium, aliis nulla ante futura fides erat, quam legatos consulumque litteras audissent. De tributis in senatu quondam est actum. Denuo Livium producimus L. XXIII. 31. Senatus, quo die primum est in capitolio consultus, decrevit, ut, quo eo anno duplex tributum imperaretur, simplex confestim exigeretur, ex quo stipendium praesens omnibus militibus daretur. Nec non consilia de urbis Romae custodia capta. Livius L. XXII. 55. P. Furius Philus et M. Pomponius Praetores senatum in curiam Hostiliam uocauerunt, ut de urbis custodia consulerent. Legatis in curia aut aliquo templo responsa dari soliti erant, ideo legatis captiuorum ad Cannas romanorum in curia senatus a Dictatore datus fuit. Liu. XXII. 59. et 60. et Petellini nominis legati, sibimet ipsi consulere iussi, in questus flebiles sese in curiae uestibulo profuderunt. Liu. XXIII. 20. nec locus plura laudare loca permittit. Curiam quoque initis magistratibus idibus Martiis †) ingressi sunt, seu ut rectius loquar, Capitolinum Iouem: Cu. enim Fulvius Centumalus, P. Sulpitius Galba consules, cum idibus Martiis

†) Hoc ideo factum fuisse quisque crediderit, quia Romulus Martium menssem, quorum numerus ad decem tantum excreuerat, primum constituerit. Circa idem tempus et primordia ueris habebis.

tiis magistratum inissent, senatu in capitolium uocato, de republica, de administratione belli, de prouinciis exercitibusque patres consuluerunt. Liu. XXVI. c. 1. Et alio loco inquit: Quo die magistratum inierunt consules, senatus in capitolio est habitus: decretumque omnium primum, ut consules sortirentur, compararentue inter se, uter censoribus creandis comitia haberet, priusquam ad exercitum proficisceretur. Liu. XXIII. 10. Dein idem historiae Romanae decus atque ornamentum L. XXV. c. 3. et 4. narrat, concilium senatorum in Capitolium uocatum ob uim et fraudes M. Postumi publicani. Vnicum addimus Suetonii locum de Augusti Caesaris testamento, vid. Tiber. c. 23. Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus, nisi senatorii ordinis, ceteris extra curiam signa agnoscentibus, recitauit per libertum.

In his sacratissimis senatores ¹⁹⁾ conuenere locis a Consule plerumque per edictum conuocati, vid.

19) Senatores olim non nisi ciues romanos fuisse notum est. Interim Catilina primus hos loco mouere et Gallos cisalpinos atque Sabaudos his honoribus mactare uoluit, teste Sallustio. Caesar dictator id uero re uera fecit, et Gallos in numerum Senatorum illexit. Hinc Suetonius in uita Iul. Caes. c. 77. ait: Ciuitate donatos et quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in curiam. Et idem l. c. c. 80. Peregrinis, inquit, in senatum allectis, libellus propositus est: bonum factum, ne quis senatori noue curiam monstrare uelit, et illa uulgo canebantur:

Gallos Caesar in triumphum ducit: iidem in curia

Galli braccas deposuerunt, latum clauum sumserunt.

Sub-

vid. Heinecc. ant. rom. iur. T. I. p. 87. eoque absente a Praetoribus. Huius rei exemplum legimus in Liuius L. XXII. 55. toties laudato: *P. Furius Philus, et M. Pomponius Praetores* (uterque enim Consul ad Cannas ceciderat) *Senatum in curiam Hostiliam uocauerunt, ut de urbis custodia consulerent.* Et a Dictatore, consularem potestatem habente, haberi poterat; hinc Liuius XXII. 59. De M. Iunio post Cannensem pugnam ait: *Legatis captiuorum senatus a dictatore datus est.* Tribunis plebis quondam non licuisse *curiam*, ²⁰⁾ sed atrium seu uestibulum tantum ingredi, postea uero in senatorum numerum iis allectis, etiam senatum conuocasse, doctissime annotarunt auctores in Scriuerii republ. Rom. p. 78. 290. 424. 437. 438. et ill. Heinecc. ant. rom. iur. T. I. p. 88. cuius luculentis testimoniis unum

Subsequentes tamen Imperatores liberaliores etiam fuerunt in alios ciuitatis iure et honoribus augendo. Vnum tantum Antoninum uocare liceat, de quo *Fabricius* in antiqu. monum. p. 38. : Ex proximo uero, ut manifestatur carminibus litterisque Antonini Aug. Pii tam feliciter desiderium publicum apud eum sit profecutus, impetrando uti *Carni*, *Catarique* attributi a diuo Augusto Pio R. P. N. prout qui meruissent talia, absque censu per aedilitatis gradum in curiam nostram admitterentur et per hoc ciuitatem romanam adipiscerentur, cetera.

20) Curiam non ingrediebatur, sed in sella ante uestibulum permanebat, dum S. C. fieret, quod si probaret T. litteram adnotabat, sin minus, intercedebat. vid. *Volaterranus* comm. urb. L. XXIX. in *Scriuerii* republ. rom. p. 180. sq. *Goese* de numis p. 108. 70.

unum saltim addere liceat. *Suetonius* igitur prodeat de *Tiberio* referens in uita eius c. 23. *Iure autem tribuniciae potestatis coacto senatu.*

Nec tamen omnibus quoque fas erat senatui interesse, sed iis tantum, qui patres, quique conscripti erant, quibusque in senatu sententiam dicere licebat, vid. Heinecc. l. c. T. I. p. 87. In horum numero praecipue Dictatorem, Consules, Magistrum equitum, Consulares, Praetores, Praetorianos, Aediles, Quaestores fuisse, nemo est, qui dubitat: Tribunis pl. uero prius tantum licuit uestibulum introire, ut iamiam monuimus. *Dialem Flaminem* olim id ius quoque usurpasse liquet ex *Liui* L. XXVII. 8. *Huius famae consensu elatus ad iustam fiduciam sui rem intermissam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetiuit, ut in senatum introiret. Ingressum eum curiam cum L. Licinius praetor inde eduxisset, tribunos plebis appellauit flamen. Vetustum ius sacerdotii repetebat: datum id cum toga praetexta et sella curuli et flaminio, reliqua. Liberi senatorum Augusto imperante iterum in concilium patrum fuere admissi, id quod a Papirii, silentio suo celebris, aetate insolens fuit. Hinc Suetonius in Aug. c. 38. inquit: Liberis senatorum, quo celerius reipubl. adsuescerent, protinus uirilem togam, latum clauum induere et curiae interesse permisit, quos Staius L. IV. sylv. 5. v. 41. curiae pignora appellat. Idem commemorat de Claudio in uita eius c. 12: Neminem exulum, nisi ex senatus auctoritate, restituit: utque sibi in curiam praefectum praetorii, tribunos.*

bunosque militum secum inducere liceret, utque rata essent, quae procuratores sui in iudicando statuerent, precario exegit. De monstro illo Caesarum Romanorum Heliogabalo *Vauchopius* annotat, illum mulieribus, quarum concursum in foro maxima indignatione tulit M. Porcius Cato apud *Liuium L. XXXIII. 2.* dedisse ius ingrediendi senatum, sub quo mater sua *Semiamira* loco uiri senatum fuerit ingressa, quae cum uenisset uocata ad consulum subsellia, scribendo affuit, i. e. senatus consulti conficiendi testis. vid. *Vauchopius* de uet. pop. rom. §. 20. ²¹⁾

Quinam fuerint illi nefasti atque fasti dies habendo senatui idonei, quo minus curatius expendam, spatio excludor: adeant autem, quibus lubet ill. Heineccium synt. ant. rom. T. I. p. 86. *Vauchopium* aliquoties laudatum de uet. pop. rom. §. 17. 18. Et *Acerramphilolog.* Hall. T. I. P. II. obseruat. 4. de discrimine dierum. p. 206. sqq.

- 21) In senaculo, mulierum senatu, in matris Heliogabali *Semiamirae* honorem facto, facta sunt senatus consulta *Semiamirica*, ridicula, de legibus matrimonialibus, quae quo uestitu incederent, — — quae pilento, quae equo fagmario, quae asino, quae carpento mulari, quae bouum, quae sella ueheretur, et utrum pellicea, an ossea, an eborata, an argentata? vid. *Lampridius* in uita Ant. Heliogab. c. 4. De hoc senatu mulierum vid. *Barthius* ad *Statii Thebaid.* V. v. 98.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1698876246/phys_0117

DFG

eat. *Suetonius* igitur pro-
ns in uita eius c. 23. *Iure*
is coacto senatu.

is quoque fas erat senatui
, qui patres, quique con-
ue in senatu sententiam di-
inecc. l. c. T. I. p. 87. In
ue Dictatorem, Consules,
onsulares, Praetores, Prae-
aestores fuisse, nemo est,
pl. uero prius tantum li-
e, ut iamiam monuimus.
n id ius quoque usurpasse
VII. 8. *Huius famae consensu*
sui rem intermissam per mul-
flaminum priorum repetiuit,
Ingressum eum curiam cum L.
xisset, tribunos plebis appella-
sacerdotii repetebat: datum id
la curuli et flaminio, reliqua.
gusto imperante iterum in
e admissi, id quod a Papirii,
etate insolens fuit. Hinc
3. inquit: *Liberis senatorum,*
cerent, protinus uirilem togam,
curiae interesse permisit, quos
41. curiae pignora appel-
t de Claudio in uita eius
2, *nisi ex senatus auctoritate,*
riam praefectum praetorii, tri-
bunos-

